

nat. B

*Handwritten mark*

list. nat.

B.

~~Phys. 22. 24.~~

~~22 29 24.~~

D. BALTHASARIS  
CELLARII

Tabellæ

PHYSICÆ,

Olim in gratiam audito-  
rum suorum conscriptæ;

*Nunc verò*

In usum studiosæ juventu-  
tis typis excusæ.




JENÆ,

Impensis BLASII LOBENSTEINS,  
Bibliopol. Jenensis.

Excudebat JOHANNES WERTHER.

ANNO MDC LXIV.



I N D E X

TABELLARUM PHY-  
SICARVM

- I.  
DE PHYSICÆ CONSTITUTIONE.
- II.  
DE CORPORE NATURALI EIVSQUE PRINCIPIIS.
- III.  
DE NATVRA ET CAVSIS EXTERNIS.
- IV.  
DE AFFECTIONIBVS CORPORIS NATVRALIS.
- V.  
DE MVNDO ET CORPORIBVS SIMPLICIBVS.
- VI.  
DE QVALITATIBVS PRIMIS ET MISTIONE.
- VII.  
DE TEMPERAMENTO ET PRIMARVM QVALITATVM EFFECTIBVS IN MISTO.
- IIIX.  
DE CORPORIBVS PERFECTE MIXTIS IN GENERE ET SPECIE.
- IX.  
DE CORPORIBVS PERFECTE MIXTIS INANIMATIS.
- X.  
DE PLANTIS.
- XI.  
DE ANIMALIBVS.
- XII.  
DE PARTIBVS ANIMALIVM IN SPECIE.
- XIII.  
DE GENERATIONE ANIMALIVM SANGVINEM TRAHENTIVM.
- XIV.  
DE ANIMA.

Tab.

Tab. I. De Physices Constitutione.

<p>I. Nomen, quod est ap. Arist. quoque <i>Φυσική</i> f. Physica. IV. Met. 3. VI. Met. 1. &amp; XI. Met. 7. Circa nomen observari debet</p>	<p>1. Etymologia. Dicitur autem Physica <i>ἀπὸ τῆς φύσεως</i> sive à natura, quia in natura &amp; eorum, quæ naturam habent, consideratione versatur, quam ob causam etiam I. de cælo c. 1. t. 1. Scientia <i>ἡ φύσεως</i> dicitur.</p> <p>2. Homonymia. Accipitur autem Physica</p> <p>3. Synonymia. Dicitur autem Physica aliàs</p>	<p>1. Pro tota Philosophia theoretica, cujus partes Arist. VI. Met. 1. tres esse dicit, sc. Mathematicam, Physicam &amp; Theologiam f. Metaphys. non quidem apud Aristotelè, sed apud Stoicos.</p> <p>2. Pro illa disciplina, quæ de corpore naturali in communi, illiusque principiis, affectionibus &amp; speciebus agit, prout ab Aristotele I. c. &amp; à nobis in præsentia accipitur.</p> <p>1. Scientia naturalis sive Scientia de Natura, 3. Phys. 4. t. 24. 1. de cælo t. 1.</p> <p>2. Methodus de natura 3. Phys. 1. t. 1. Non verò vox Methodi hoc loco apud Arist. significat <i>τρόπον</i> sive tractandi rationem, sed Scientiam, in quo significato crebrò occurrit, ut ex I. Phys. t. 1. I. de part animal. c. 1. 1. de anim. t. 4. &amp; I. Eth. 1. constare poterit.</p>	<p>1. Sapiètia, quavis ab Arist. IV. Met. 3. Sapiètia vocatur. Nomen enim sapiètiæ, quatum ad præsens, dupliciter accipitur</p> <p>1. Propriè, pro habitu, qui circa prima rerum principia, tam incomplexum, quale Deus, quam complexum, quale est: Impossibile est, idem simul inesse &amp; non inesse. IV. Met. 3. &amp; 4. &amp; circa conclusiones scientificas simul versatur, qua ratione sola Metaphysica est sapiètia, uti ex sapiètiæ conditionibus I. Met. 2. apparet, &amp; ipse Arist. IV. Met. 1. testatur, quando ait: Est Physica sapiètia, sed non prima.</p> <p>2. Impropiè, pro quavis scientia propriè dicta, quæ de subjecto necessario affectiones, quæ Arist. per se accidentia vocat, per principia demonstrat. Et hac ratione tantum Physica sapiètia est.</p>	<p>1. Definitio. Est v. Physica scientia corporis naturalis, quæ naturale est. Seu, ut habet Arist. VI. Met. 2. Physica est Scientia circa ejusmodi substantiam, in qua est principium motus &amp; quietis, quæ in illa. Hanc circa definitionè notari debet</p>	<p>2. Scientia effectiva, quia non pro fine habet <i>ποίησιν</i> s. effectiorem, ut <i>ἄρτισις</i> sive frenefactoria.</p> <p>3. Scientia practica sive activa, quia pro fine non habet <i>πράξιν</i> sive actionem, ut Politica. Sed Scientia contemplativa VI. Met. 1. &amp; XI. Met. 7. Est enim tantum <i>θεωρίας ἐνεκα</i> sive contemplationis, ut loquitur Arist. 2. Eth. 2.</p>	<p>1. Corpus sine materia, sive Mathematicum. Physicus enim nihil sine materia considerat. VI. Met. 1. &amp; XI. Met. 7.</p> <p>2. Corpus singulare. Singularium enim, ut corruptibile, Scientia non datur.</p> <p>3. Corpus sublunare tantum, ut cælum, &amp; reliqua corpora cælestia excludantur. Sed Corpus naturale universè sumtum, prout cælestia &amp; inferiora complectitur, cujus tamè principia simul &amp; affectiones quærentur. Hoc enim vult Arist. qn. I. de cælo c. 1. t. 1. ait: Scientiâ de naturâ ferè plurimum versari videtur circa corpora &amp; magnitudines, &amp; horum passiones atque motus, adhuc circa principia, quæ talis substantiæ sunt. Omne proinde quod naturam in se habet, sub objecto Physicæ continetur, ut sunt corpora simplicia, ignis, aër, aqua &amp; terra, &amp; animalia, partes animalium, plantæ, 2. Phys. t. 2. &amp; 3. Secundum Arist. materiale objectum Physicæ est substantia, in qua motus &amp; quietis est principium. VI. Met. 1. f. Ens, quod possibile est moveri f. mobile, XI. Met. 7. Unde malè Ruvio in proæm. comment. sup. I. Phys. p. 6. contendit, non corpus naturale, sed Ens mobile, subjectum Physices esse constituendum.</p>	<p>1. Res ipsa, circa quam observanda venit</p> <p>1. Genus, quod non est</p> <p>2. Objectum</p>	<p>Ad <i>πασιδέαν</i> sive introductionem Physices, quam ab ipsa <i>ἡσίκη</i> Arist. I. de part. animal. c. 1. distingvit, pertinet agere de Physices constitutione, ubi considerari debet</p>	<p>1. Propriè, pro habitu, qui circa prima rerum principia, tam incomplexum, quale Deus, quam complexum, quale est: Impossibile est, idem simul inesse &amp; non inesse. IV. Met. 3. &amp; 4. &amp; circa conclusiones scientificas simul versatur, qua ratione sola Metaphysica est sapiètia, uti ex sapiètiæ conditionibus I. Met. 2. apparet, &amp; ipse Arist. IV. Met. 1. testatur, quando ait: Est Physica sapiètia, sed non prima.</p> <p>2. Impropiè, pro quavis scientia propriè dicta, quæ de subjecto necessario affectiones, quæ Arist. per se accidentia vocat, per principia demonstrat. Et hac ratione tantum Physica sapiètia est.</p>	<p>1. Sapiètia, quavis ab Arist. IV. Met. 3. Sapiètia vocatur. Nomen enim sapiètiæ, quatum ad præsens, dupliciter accipitur</p> <p>1. Propriè, pro habitu, qui circa prima rerum principia, tam incomplexum, quale Deus, quam complexum, quale est: Impossibile est, idem simul inesse &amp; non inesse. IV. Met. 3. &amp; 4. &amp; circa conclusiones scientificas simul versatur, qua ratione sola Metaphysica est sapiètia, uti ex sapiètiæ conditionibus I. Met. 2. apparet, &amp; ipse Arist. IV. Met. 1. testatur, quando ait: Est Physica sapiètia, sed non prima.</p> <p>2. Impropiè, pro quavis scientia propriè dicta, quæ de subjecto necessario affectiones, quæ Arist. per se accidentia vocat, per principia demonstrat. Et hac ratione tantum Physica sapiètia est.</p>	<p>1. Definitio. Est v. Physica scientia corporis naturalis, quæ naturale est. Seu, ut habet Arist. VI. Met. 2. Physica est Scientia circa ejusmodi substantiam, in qua est principium motus &amp; quietis, quæ in illa. Hanc circa definitionè notari debet</p>	<p>2. Scientia effectiva, quia non pro fine habet <i>ποίησιν</i> s. effectiorem, ut <i>ἄρτισις</i> sive frenefactoria.</p> <p>3. Scientia practica sive activa, quia pro fine non habet <i>πράξιν</i> sive actionem, ut Politica. Sed Scientia contemplativa VI. Met. 1. &amp; XI. Met. 7. Est enim tantum <i>θεωρίας ἐνεκα</i> sive contemplationis, ut loquitur Arist. 2. Eth. 2.</p>	<p>1. Corpus sine materia, sive Mathematicum. Physicus enim nihil sine materia considerat. VI. Met. 1. &amp; XI. Met. 7.</p> <p>2. Corpus singulare. Singularium enim, ut corruptibile, Scientia non datur.</p> <p>3. Corpus sublunare tantum, ut cælum, &amp; reliqua corpora cælestia excludantur. Sed Corpus naturale universè sumtum, prout cælestia &amp; inferiora complectitur, cujus tamè principia simul &amp; affectiones quærentur. Hoc enim vult Arist. qn. I. de cælo c. 1. t. 1. ait: Scientiâ de naturâ ferè plurimum versari videtur circa corpora &amp; magnitudines, &amp; horum passiones atque motus, adhuc circa principia, quæ talis substantiæ sunt. Omne proinde quod naturam in se habet, sub objecto Physicæ continetur, ut sunt corpora simplicia, ignis, aër, aqua &amp; terra, &amp; animalia, partes animalium, plantæ, 2. Phys. t. 2. &amp; 3. Secundum Arist. materiale objectum Physicæ est substantia, in qua motus &amp; quietis est principium. VI. Met. 1. f. Ens, quod possibile est moveri f. mobile, XI. Met. 7. Unde malè Ruvio in proæm. comment. sup. I. Phys. p. 6. contendit, non corpus naturale, sed Ens mobile, subjectum Physices esse constituendum.</p>	<p>1. Res ipsa, circa quam observanda venit</p> <p>1. Genus, quod non est</p> <p>2. Objectum</p>
---	---	--	--	--	---	--	--	--	--	--	--	---	--	--

B Quam

Tab. I.

Quam formale, quod est corpus naturale, quod naturale est, sive substantia, in qua est principium motus & quietis quod in illa. Hinc corpora artificialia, ut lectus, vestimentum, quatenus talia, Physicæ considerationis non sunt; quatenus verò lapidea, terrestria & mista sunt, eatenus naturam habent, & Physicam sub considerationem cadunt. 2. Phys. 1. t. 2.

2. Divisio.  
Dividitur  
verò Phy-  
sica in  
partem

Communem, ubi corpus naturale universaliter sumtum cum principiis & affectionibus suis consideratur. Hanc apud Aristotelem partem absolvunt 8. libri Physicorum, qui libb. vocantur

1. Φυσικῆς ἀκροάσεως sive Physicæ auscultationis.
2. περὶ ἀρχῶν de principiis, ut ex inscriptione & l. 1. de cælo t. 54. patet.
3. περὶ κινήσεως sive de motu, ut ex 1. de cælo t. 38. & 2. post. t. 52. constat, quo nomine Zabarella c. 12. de natural. scient. constit. VI. posteriores, Schegkii tres posteriores venire vult.

Specialē, ubi corporis naturalis species secundū proprias suas rationes considerantur. Et huc pertinent

1. Libb. IV. περὶ οὐρανῶν de cælo.
2. Libb. II. περὶ γενέσεως καὶ φθορῆς, de generatione & corruptione.
3. Libb. IV. Μετεωρολογικῶν, Meteorologicorum.
4. Libb. X. περὶ ζώων ἰστορίας, de animalium historia.
5. Libb. IV. περὶ ζώων μορίων, de partibus animalium.
6. Libb. V. περὶ ζώων γενέσεως, de animalium generatione.
7. Lib. περὶ ζώων πορείας, de animalium incellu.
8. Lib. III. περὶ ψυχῆς, de anima.
9. Lib. I. περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν, de sensu & sensibili.
10. Lib. I. περὶ μνήμης καὶ ἀναμνήσεως, de memoria & reminiscencia.
11. περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρευσεως, Lib. de somno & vigilia.
12. περὶ ἐνυπνίων, Lib. de infomniis.
13. περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς, Lib. de divinatione per somnum.
14. περὶ κοινῆς τῶν ζώων κινήσεως, Lib. de communi animalium motione.
15. περὶ μακροβιότητος καὶ βραχυβιότητος, Lib. de longitudine & brevitate vitæ.
16. περὶ νεότητος καὶ γήρως, περὶ ζωῆς καὶ θανάτου, Lib. de juventute & senectute, vita & morte.
17. περὶ ἀναπνοῆς, Lib. de respiratione.

Tab. II. De corpore naturali, ejusque principiis.

Circum corpus naturale observari debet	<p>1. Definitio. Est vero corpus naturale substantia materiâ &amp; formâ constans. Corpus itaque naturale non est</p> <p>2. Diversa acceptio. Accipitur autem</p> <p>3. Distinctiones. Est autem corpus.</p>	<p>1. Accidens, ut calor &amp; frigus.</p> <p>2. Substantia incorporea, ut Deus vel Angelus.</p> <p>3. Materia prima, quamvis materia secunda tale sit.</p> <p>4. Forma, eâ ratione, quâ forma est.</p> <p>1. Genericè tantùm s. pro solo communi genere in se considerato, absque omni specierum consideratione.</p> <p>2. Specificè tantùm, sive pro solâ specierum collectione.</p> <p>3. Genericè &amp; specificè simul s. pro communi genere &amp; pro collectione omnium specierum. Vid. Zabar. c. 7. de nat. scient. constitut.</p> <p>Simplex, quod ex aliis non constat corporibus, ut: cœlum, ignis, aer, aqua &amp; terra, i. de cœlo, t. 7. Estque rursus</p> <p>1. Imperfectè mixtum, quod ex inconstante &amp; infirma elementorum concretione generatur, &amp; propterea durabile non est, ut Meteoron.</p> <p>2. Perfectè mixtum, quod solidâ &amp; constante elementorum concretione constat; &amp; propterea diutius durat. Estque rursus vel</p> <p>Animatum, ut: Planta, animal, homo.</p> <p>Inanimatum, ut: Lapis.</p>
Circum principia interna, de quibus notari debet	<p>In genere</p> <p>1. Quid sint. Sût v. principia, quæ neq; ex se invicem fiunt, nec ex aliis, &amp; omnia ex ipsis i. Phys. 5. t. 42. Ubi nota</p> <p>2. Quot sint:</p> <p>3. Quotuplicia sint, sive distinctio. Sunt autem principia</p>	<p>1. Particulam EX non convincere hoc, ut principia externa, qualia sunt Efficiens &amp; Finis, h. l. excludantur, ut volunt Conimb. comment. in Phys. c. 5. quæst. 1. art. 11.</p> <p>2. Per primam conditionem excludi elemēta, quæ ex se invicem fieri dicuntur.</p> <p>3. Per secundam conditionem excludi corpora mista, quæ ex aliis s. Elementis sunt. Utraque autem conditio h. e. prima &amp; secunda, secundum Mendoz. dis. 1. phys. s. 2. §. 3. competit principiis in eodem genere &amp; ea ratione, qua sunt principia. Hinc licet prima materia à Deo sit, &amp; forma materialis è potentia materiæ educatur, principia tamen esse non desinunt, quia materia prima, in quantum est à Deo, non est ex alia materia, &amp; forma, in quantum educitur è potentia materiæ, non est ex alia forma. Materia non ex materia, forma non ex forma, nec privatio ex privatione conficitur, ait Toletus comment. in Phys. c. 5. quæst. 11.</p> <p>4. Per 3. conditionem non excludi principia eorum corporum, quibus generatio non competit, ut cœlo, sed eâ tam generationis, quàm constitutionis principia comprehendere.</p> <p>1. Non sunt infinita. Infinita enim, si corporis naturalis essent principia, ipsum cognosci non posset. Sic enim compositum cognoscere arbitramur, cum cognoscimus, ex quibus &amp; ex quot sit. i. Phys. t. 35.</p> <p>2. Nec est unum, quia principia sunt contraria. Unum autem sibi contrarium non est, ut itaque principia unô plura sint, necesse est. i. Phys. t. 50.</p> <p>3. Nec tantum duo sunt, quia contraria requirunt aliquod subjectum, quod nisi adfuerit, nihil generabitur. Ut enim planta fiat vel animal, subjici oportet semen, ex quo fiat i. Phys. t. 62. Similiter, ut fiat statua transfiguratione, vel domus compositione, subjici oportet æs, ligna, lapides. Omnia enim, quæ sic fiunt, ex subjectis fiunt. i. Phys. t. 63.</p> <p>4. Sed sunt numero tria, Materia, Forma, &amp; Privatio. i. Phys. t. 67. &amp; 70.</p> <p>Constitutionis, quæ essentiam corporis naturalis ingrediuntur, &amp; in eo permanent. Et hujusmodi duo sunt: Materia &amp; Forma, quæ, quatenus essentiam corporis constituunt, Essendi principia, quatenus vero motûs in corpore causa sunt, cognoscendi principia &amp; uno nomine Natura vocantur. De qua in Tab. seq.</p> <p>Transmutationis, ex quo quidem fit id, quod generatur, ita tamen, ut in generato non maneat, &amp; hujusmodi unum est, nempe Privatio, quæ non est corporis naturalis omnis, sed illius saltem, quod generatur, principium.</p>

A

C

In spe-

A

In specie

1. Quid sit Materia prima f. definitio. Est vero Materia prima subjectū primū uniuscujusque, ex quo aliquid fit, cum insit, non secundum accidens, & si corrumpitur aliquid, in hoc ultimum abit. 1. Phys. t. 82. Vel. Materia prima est id, ex quo aliquid fit, ut insit, tanquam è subjecto primo, non per accidens, sed per se. Hic observanda materiae primæ

Condi-  
tiones.  
Dicitur  
enim

- Tab. II.
- 1. Sub-  
jectū { 1. In ordine ad generationem. Semper enim est aliquid, quod subjicitur, ex quo fit, quod fit, 1. Phys. t. 12.
  - 2. In ordine ad formam, cujus etiam subjectum est, utpote, quæ à materia recipitur. Respectu enim compositi potius pars est.
  - 2. Subjectum primum, ut excludatur materia secunda, quæ nihil est aliud, quàm corpus aliquod, ex quo aliquid fit, ita ut insit. Materia enim secunda, ut elementum, est ex alia priori, sive sit permanens, ut aurum & lignum, sive transiens, ut farina resp. panis.
  - 3. Ex quo aliquid fit, ita ut insit; ut 1. excludatur privatio, quæ non est in re genita, sed transit. ut 2. ostendatur, materiam primam esse intrinsicè principium constitutionis.
  - 4. Non secundum accidens. Est enim in composito, ut pars essentialis.
  - 5. In quod resolvitur f. abit, quod corrumpitur. Ulti enim ex nihilo nihil fit naturaliter, ita nihil in nihilum naturaliter abit.

Proprieta-  
tes, qua-  
rum,

- 1. Materia est in pura potentia receptiva ad formas: quia tamen actu est, actum entitativum habet. Vide Mendoz. disp. XI. Phys. f. 2.
- 2. Materia appetit formam, ut foemina masculum, & turpe pulcrum. 1. Phys. t. 81. Est autem appetitus ille materiae non elicitus, sed innatus f. naturalis, qui nihil aliud est, quàm potentia cum inclinatione & propensione ad suam perfectionem.
- 3. Materia est informis. Si enim aliquam includeret formam, non esset simplex principium, sed compositum: Semper tamen naturaliter aliquâ sub formâ est.
- 4. Materia est ingenerabilis. 1. Phys. t. 82. Si enim fiat, subjici oportet aliquid primum, ex quo inexistente fiat; Hoc autem est ipsius natura. Quare erit, antequam fiat. l. c.
- 5. Materia est incorruptibilis l. c. Omne enim resolvitur in id, ex quo fit primò. Hinc Mendoz. disp. 2. de materia f. 1. §. 18. Sanctorum reliquiis honorem deberi putat, quia in illis aliqua Sanctorum pars remanet, quæ cum non sit forma, materiam esse concludit.

2. Quid sit Forma f. definitio. Est vero Forma ratio, quod quid erat esse. 2. Phys. t. 28. f. Forma est principium intrinsicè, unum per se cum materia constituens. Estque vel

- { Materialis, quæ è potentia materiae educitur, sive, quæ dependet à materia in esse, fieri, & operari, ut forma equi.
- { Immaterialis, quæ sine materia subsistere potest, ut forma hominis sive anima rationalis, quæ quidem post interitum hominis remanet, sed non ut forma hominis.

3. Quid sit Privatio f. Definitio. Est autem Privatio absentia formæ introducendæ in eo, quod capax est, subjecto, ut patet in ovo, in quo pulli forma actu non est, aptitudo tamen, ut pullus inde fiat, est: Differt itaque

- { 1. A privatione Logica, quæ est absentia formæ introducendæ in subjecto capaci, ut cæcitas. Lapis enim non dicitur cæcus, sed animal.
- { 2. A negatione pura, quæ etiam negatur forma in omni subjecto, quod illam non habet, sive capax sit, sive incapax, ut: Non videre, quod dicitur & de lapide & homine cæco.

Tab. III.



Tab. III. De Natura & Causis externis.

Circa CORPUS NATURALE ulterius observari debent

I. NATURA, de qua notetur

In abstracto

1. Pro natura naturante sive Deo.  
 2. Pro rerum creaturarum universitate, quâ ratione cœlum & naturam ab Ente necessario s. Deo dependere affirmat Arist. 12. Met. c. 7.  
 3. Pro uniuscujusque rei quidditate s. essentia, ut cum dicitur, Definitio est oratio rei naturam s. essentiam explicans. Item divina natura, humana natura in Christo, quâ ratione ap. Arist. 5. Met. 4. ubi omnem substantiam Metaphoricè vocat naturam, accipitur.  
 4. Pro causis naturalibus secundum insitam propensionem agentibus, quomodo accipitur ap. Arist. 1. de incessu animal. c. 12 Ubi natura nihil dicitur *μάρτυρ* s. frustra agere; aut *ὑπερfluous* sive superfluum. 4. de part. animal. c. XI. Huc & pertinet 1. de cœlo t. 32. ubi dicitur: Deus & natura nihil faciunt frustra.  
 5. Pro temperamento, quâ ratione dicimus, Fœminas esse frigidioris, mares verò calidioris naturæ.  
 6. Pro generatione viventium 5. Met. 4.  
 7. Pro interno motûs & quietis principio, ut h. 1.

2. Definitio. Est v. Natura principium & causa motûs & quietis ejus, in quo est primò, per se & non secundum accidens. 2. Phys. t. 3. Hic  
 1. Per principium & causam idem significatur.  
 2. Per motum verò id, quod potest moveri, quod significasse videtur Aristot. 6. Met. 1. & quietem id, quod potest quiescere, & ita copulativè accipi possunt hæc verba: vel intelligitur id, quod & actu movetur & quiescit, & ita Conimb. 1. 2. Phys. c. 1. q. 1. art. 3. ad 1. hæc verba partim disjunctivè, partim copulativè accipi volunt, ut sensus sit; natura est principium solius motûs in illis, quæ tantum moventur, ut in cœlo: vel solius quietis in illis, quæ semper quiescunt, ut in terra: vel motûs & quietis simul in illis, quæ moventur & quiescunt, ut in homine & equo. (Deus)  
 3. Per id, in quo est, excluduntur causæ externæ, quæ etiam motûs causæ sunt, ut  
 4. Per particulam primò, removentur accidentia, ut levitas & gravitas, quæ licet & motus causæ sint, non tamen primò, sed per formam suam insunt.  
 5. Per reliqua verba excluduntur artificialia, quibus licet principium motûs & quietis inest, non tamen per se & qt. artificialia sunt, inest. Scamnum enim & lectus deorsum moventur, non quatenus scamnum & lectus, sed qt. mista sunt. 2. Phys. t. 2. Nec obstat, quod Dædalus mobilem fecit ligneam Venerem infundendo argentum fusile, ut habet Arist. 1. de anima. t. 44.  
 3. Distinctio. Est enim natura duplex. 2. Phys. t. 81.  
 Materia, quæ principium motûs dicitur passivum, quia per formam ad hunc vel illum motum determinatur, ad quem ex natura sua est indifferens.  
 Forma, quæ motus dicitur principium activum, quia motus ab ea efficitur, unde & magis natura Forma dicitur, quàm materia. 1. 2. Phys. t. 10. Unde tamen non sequitur, ut rectè observat Mendoz. disp. 6. Phys. s. 2. Materiam non esse naturam, sicut non sequitur, accidens propriè non esse Ens, quia substantia magis Ens est.

- Quid sit Naturale? Est verò naturale id, quod esse suum habet à natura, sive id, quod naturam habet, qt. eam habet, ut Elementa.  
 In concreto  
 Huic opponitur Artificiale, quod esse suum ab arte habet, ut lectus, vestimentum l. c. Hic observa discrimen inter  
 Naturam habere. Naturam autem habent, quæcunque principium motus & quietis habent in se, ut substantiæ corporeæ 2. Phys. t. 4.  
 Secundum naturam esse. Secundum naturam autem sunt, quæcunque naturam habent, & quæ his per se insunt, ut igni motus sursum. 2. Phys. t. 5.  
 Contra naturam esse. Contra naturam autem sunt, quæ naturæ adversantur, vel contra naturalem alicujus propensionem fiunt, ut si terra sursum, ignis deorsum feratur, qui motus ab Arist. 8. Phys. t. 27. *ὑπὲρ φύσιν* sive præ. nat. dicitur.  
 Præter naturam esse. Præ. nat. autem sunt, quæ ab ordine naturæ discrepant, ita tamen, ut naturæ non adversentur, ut habere 6. digitos in manu. Ab Aristotele & hæc 4. de generat. animal. 4. dicuntur esse *ὑπὲρ φύσιν*.  
 Supra naturam esse. Sunt autem supra naturam, quæ non secundum naturam, sed à sublimiori, quàm natura est, principio s. Deo fiunt. Ita supra naturam est, ignem in fornacem Babylonicam coniectos non combussisse.

- In genere  
 1. Quid sit causa s. definitio. Est verò causa principium per se influens esse in aliud, ut habet Mendoz. disp. 8. de causis §. 1. sect. 1.  
 2. Quot sint sive numerus. Sunt verò IV. Efficiens, Materia, Forma & Finis. 2. Phys. t. 28.  
 3. Distinctiones. Aliæ enim sunt  
 Internæ, quæ essentiam corporis naturalis ingrediuntur, ut materia & forma, de quibus Tab. præced.  
 Externæ, quæ essentiam corporis naturalis non ingrediuntur, ut Efficiens & Finis.

D II. CAU-

II. CAUSARUM GENERA, de quibus observari debet

<p>A</p> <p>Inspecie</p>	<p>B</p> <p>4. Notæ, quarum</p>	<p>1. Unius rei multæ esse possunt causæ, ut statuæ æs, statuarius. 2. Phys. t. 30.</p> <p>2. Quædam sibi invicem sunt causæ, ut laborare est causa bonæ valetudinis, &amp; valetudo bona laborandi, hæc ut effic. altera ut finis l. c.</p> <p>3. Idem est causa contrariorum, ut absentia gubernatoris est causa submersionis, cujus præsentia est causa salutis. l. c.</p>
	<p>1. Quid sit efficiens? Est v. causa efficiens, unde primū mutationis &amp; quietis. principium, 2. Phys. t. 28. Estq;</p>	<p>1. vel Potentiā, quæ licet potentiam habet influendi, actu tamen non influit, ut homo, Actu, quæ actu operatur, ut homo generans. 2. Phys. t. 34.</p> <p>2. vel Physica, quæ reverà influit esse in effectum, ut Pater resp. Filii.</p> <p>Moralis, quæ imputativè tantum influit in effectum, ut qui consulit eadem resp. cædis. Ultramque Arist. efficientis nomine comprehendere, exempla docent.</p> <p>3. vel Univoca, quæ producit effectum ejusdem speciei, ut equus respectu equi, calor respectu caloris.</p> <p>Æquivoca, quæ producit effectum diversæ speciei, ut Sol, quando producit ranas.</p> <p>4. Universalis, quæ ita influit, ut simul in plures specie distinctos influere possit, ut: Deus, cælum, Sol. Sol enim &amp; homo generant hominem.</p> <p>Particularis, quæ universalem ad unum specie effectum determinat, ut homo.</p> <p>Per se, quæ per se sive virtute propriâ effectum producit.</p>
	<p>5. Per accidens, quæ duplex: vel</p>	<p>1. Ex parte causæ, quæ est, quando alicui tribuitur effectus, qui cum causa per se conjungitur per accidens, ut cum dicitur: Musicum vel album fecisse statuam. 2. Phys. t. 33.</p> <p>2. Ex parte effectus, quæ est, qn. aliquid alicujus effectui per se accidit. Idque tribus fieri potest modis, ut innuit Arist. 2. Phys. c. 5. t. 48.</p>
	<p>2. Quid materia, de qua Tab. præced. fuit actum.</p> <p>3. Quid Forma, de qua Tab. præc.</p> <p>4. Quid Finis. Est verò Finis, cujus gratiâ aliquid fit. 3. Phys. t. 29. Id autem, cujus gratiâ aliquid fit, semper est bonum; Sive autem sit revera bonū, sive apparēs, nihil refert. 2. Phys. t. 31.</p>	<p>1. Ut <i>dei</i>, sive semper accidat alicui effectui per se, quâ ratione, qui mensam invertit, causa per accidens est, ut, quod mensæ impostum erat, delabatur.</p> <p>2. Ut conjungitur <i>ως ὅτι τὸ πλὴν</i> s. ut plurimum cum effectui per se, quâ ratione aurora dicitur causa per accidens pluvie.</p> <p>1. Fortuna, quæ est causa per accidens in illis, quæ cum electione finis alicujus gratiâ agunt. 2. Phys. t. 49. &amp; 52. Ut, si quis vineam fodit, &amp; invenit thesaurum. Non enim inanimatum aut bestię aliquid à fortuna faciunt, neque illis infortunium inest. 2. Phys. t. 59. Est autem fortuna.</p> <p>2. Casus, qui est causa per accidens in illis, quæ sine electione finis gratiâ agunt. 2. Phys. t. 61. Ut cum quis tegulâ prætereuntem læderet.</p> <p>3. Monstrū, quod est peccatū sive aberratio naturæ s. illi, quod finis alicujus gratiâ agit, secundū Arist. 2. Phys. t. 82. Unde &amp; 4. de gen. anim. c. 4. Monstrū dicitur præter naturā esse magna ex parte. Secundū Toletū 2. Phys. c. 9. q. 13. Monstrū est effectus naturalis à recta &amp; solida secundū speciem dispositione degenerans, ut cum infans caput bovis, vel vitul⁹ caput infantis habet. 4. de gen. anim. c. 4. Cōtingit autem aberratio à recta &amp; solida dispositione</p>
		<p>1. Secundum speciem, ut cum homo habet caput bovis.</p> <p>2. Secundum partium multitudinē, ut cum homo habet 6. digitos aut duplex genitale, unum maris, alterum fœminæ, quorum unum semper est irritum, 4. de G. A. l. c. cujus causam Arist. l. c. dicit esse eandem, quæ est geminorum, sc. superfluitatem seminis.</p> <p>3. Secundum partium magnitudinem, cujus aberrationis cum priori est causa eadem.</p> <p>4. Secundum partium defectum, ut cum quis 4. habet digitos in manu, aut unum justō minorem, cujus causa est seminis defectus.</p> <p>5. Secundum positum, ut cum capra habet cornu in crure, aut homo jecur in latere sinistro, aut lien in dextro, l. c. cujus causa motui mater. videt. ascribenda.</p> <p>6. Secundum accretionem aut coalitionē, ut cum duo concresecunt digiti, aut duo fœtus in utero, cujus causa est partium propinquitas, loci angustia, item motus fœtus, 4. de gen. an. c. 4.</p>

Tab. IV. De affectionibus corporis naturalis.

I. In genere  
 1. Quid sint? Sunt verò affectiones illæ accidentia, quæ essentiam corporis naturalis necessario sequuntur, & cum eodem recipiuntur.  
 2. Quot sint? Sunt verò ex Arist. sententia IV. Motus, cui opponitur quies, Quantitas (finitum & infinitum,) esse in loco, & esse in tempore.  
 3. Distinctio. Sunt enim Internæ, quæ corpori naturali insunt, ut motus & quantitas, affectiones aliæ  
 { Externæ, quæ corpori naturali non insunt, sed adsunt, ut esse intempore & in loco.

1. Homonymia.  
 Accipitur n. Motus  
 { 1. Pro animi mutatione, quomodo ira, metus, & quivis affectus dicitur motus.  
 2. Pro motu locali tantum.  
 3. Pro quavis mutatione, tam substantiali, quam accidentali, quomodo dicuntur  
 1. categ. c. 16. & 3. Phys. t. 6. *γένεσις, φθορά, αύξησις καὶ φθίσις, αλλοίωσις καὶ φθορά*, Generatio, corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio & Latio.  
 4. Pro motu sensibili successivo, ut h. l.

2. Definitio.  
 Est v. *κίνησις ἐντελέχεια ἢ συνάμει ὄντων*, ἢ *ποίησις*, Motus actus mobilis, quod est in potentia, qt. tale 3. Phys. t. 6. Vel: Motus est actus mobilis, qt. mobile est. 2. Phys. t. 1. Ubi notanda  
 I. Vocis ἐντελέχειας  
 { 1. Etymologia. Dicitur autem juxta Philoponum *ἐντὸς τὸ ἐν*, quod unum, & *τέλειον* quod perfectum & *ἔχειν*, quod habere significat: Juxta Monlorium in Orat. de ἐντελ. dicitur *ἐντὸς τὸ ἐντελές*, quod perfectum, & *ἔχειν*, quod habere significat, ut ita sit, juxta Etymon, Perfecti habentia.  
 2. Significatio. Non quæst. quam significationem obtinet aliàs *ἐνδελέχεια*, & ap. Arist. 2. de gen. & corrupt t. 55. & 59. *ἐνδελεχῶς* & *ἐνδελεχής*.  
 { 1. Continuum & perennem motionem, ut vult Cicero 1. Tusc.  
 2. Fluxum viriū naturaliū, ut vult Keckerm. 2. Syst. Phys. c. 9. Sed  
 3. Perfectionem ejusmodi, qua res dicitur esse rev. & actu.  
 Hinc ap. Arist. 3. Phys. t. 5. *ἐντελέχεια* esse est actu esse.

3. Distinctio-  
 nes. Est v. *ἐντελέχεια* f. actus  
 { 1. Vel  
 { Primus, qui est forma tam substantialis quam accidentalis, quæ facit, ut res actu sit talis.  
 Secundus, qui est operatio à forma emanans, ut speculari, 2. de anima c. 1.  
 2. Vel  
 { Perfectus, qui omnem excludit potentiam, nihilque de ea relinquit, ut forma.  
 Imperfectus, cum quo semper aliquid potentia reliquum manet, 3. Phys. t. 16. ut motus.

2. Definitionis explicatio-  
 { 1. Per actum intelligitur imperfectus, i.e. ejusmodi actus, qui cum potentia conjunctus est.  
 2. Per id, quod, dicitur esse in potentia s. mobile, intelligitur corpus naturale quod existit in potentia, non ratione sui, sed ratione formæ accidentalis, quam per motum acquirit,  
 3. Per reduplicationem excluduntur formæ accidentales, tam perfectæ, quam imperfectæ, quas habet mobile.

In quantitate { Augmentatio, quæ est motus, quo major acquiritur quantitas  
 { Diminutio, quæ est motus, quo minor quantitas acquiritur. 5. Ph. t. 18.  
 In qualitate Alteratio, quæ est motus, quo in manente eodem subjecto, qualitas acquiritur vel abjicitur, ut cum ex calido fit frigidum, & contra 1. de gen. & corr. t. 23.

In ubi Latio, quæ est motus, quo aliquo loco acquiritur 5. Phys. t. 18. ut cum quis ex domo foras progreditur Motus autem hic est  
 1. Vel  
 { Simplex, quo  
 { Circularis, qui circa medium fit, 1. de cælo t. 5. s. qui æqualem à centro distantiam perpetuò retinet, uti cælum movetur.  
 { Rectus, qui fit à medio vel ad medium rectà 1. de cælo t. 7. & 23. Estque  
 { t. 5. & 23. qui fit rectà sursum, ut ignis, vel deorsum, ut terra.  
 2. Vel  
 { Mixtus, quo mixta moventur corpora, 1. de cælo t. c. ut animalia, quæ non uniformiter moventur.

3. Species, quæ sunt  
 { Naturalis s. per se, qui secundum internam alicujus propensionem fit. 4. Phys. t. 67. ut lapis, cum movetur deorsum, & animal ad præsepe festinans, qui motus posterior animalis, sicuti prior, specialiter naturalis vocatur.  
 { Violentus, s. ab  
 { 1. *ὄσις* s. pulsio, qn. s. 1. *ἄπωσις* s. expulsio, qn. movens alio, qui à principio extrinse- ab alio pellit mobile, quo pertinet  
 { 1. *ἀπώσις* s. expulsio, qn. movens mobile non sequitur, ut cum aër expiratur, manu pila pro- pellitur  
 { 2. *ἔπωσις* s. impulsio, qn. movens mobile

Circa affectiones corporis naturalis observari debet

I. DE MOTU

II. In specie

A

B

C

D

E

F

A

B

D

E

F

ralem propensionem fit. 4. Phys. t. 67. & 8. Phys. t. 27. Cuiusmodi sunt

mobile sequitur, ut cum quis dolium pellit ad domum. 3. *πίψις*, quando id, quod jacetur, vehementiori motu cietur, quam naturalis illius fert motus. 3. Phys. t. 10.

2. *ἔλξις* f. tractio, quando movens ad se vel ad aliud mobile trahit, ut cum equi trahunt post se currum. Huc pertinent inspiratio, distractio, & motus mulierum, quoniam.

3. *ὄχησις* f. vectio, quoniam mobile ad motum rei alterius motu movetur, ut homo insidens equo, aut cornix ovi. l. c.

4. *δίνησις* f. volutatio aut vertigo, quoniam mobile in gyrum vertitur, ut lapis molaris, aut rota in curru. l. c.

3. Velox, qui brevi tempore magnum spacium conficit, ut cum equus currit; Tardus, qui longo tempore parvum conficit spacium, ut cum bos tarde incedit. 4. Phys. t. 129.

4. Conditiones. Requiritur autem ad Motum

1. Mobile f. patiens, quod motum recipere possit, quod

- 1. Actu sit. Impossibile enim est, moveri id, quod non est, 5. Phys. t. 8.
- 2. Motu prius sit; quemadmodum combustibile oportet esse prius, quam comburatur. 8. Phys. t. 4. Inter mobilia autem

  - aliud nunquam movetur, ut terra quoad totum.
  - aliud semper movetur, ut cælum. 8. Phys. t. 27.
  - aliud aliquando movetur, aliquando quiescit, ut homo, lapis.

2. Movens f. agens, quod motum mobili inferat. Omne enim quod movetur, ab aliquo moveri necesse est, 7. Phys. t. 1. Est vero agens vel

- Naturale simpliciter, quod contactu corporeo agit, & ab eo, in quod agit, repatitur. 3. Phys. t. 8.
- Secundum quid, quod virtute tantum movet, nihilque à mobili repatitur, cuiusmodi est cælum.

3. Termina à quo, unde motus oritur f. initium sumit. Arist. 5. Phys. t. 3. hunc vocat *ἐξ* ex quo.

4. Terminus ad quem, in quo motus desinit. Aristot. vocat hunc *εἰς* in quod l. c.

5. Terminorum contrarietas 5. Phys. t. 49. Quà conditione à motu excluditur

- Generatio, quæ est mutatio à non esse ad esse. 5. Phys. t. 49.
- Corruptio, quæ est mutatio ab esse ad non esse l. c. f. quæ prior forma substantialis abjicitur.

6. Tempus f. ut in tempore sive successivè fiat. In tempore, quod movetur, necesse est moveri. V. Phys. t. 51.

7. Continuitas. Quod enim partim motum, partim moveri debet, sine interruptione moveatur.

5. Oppo. sitū, quod est quies, cuius notanda

- 1. Definitio. Est vero quies motus in mobili privatio V. Phys. t. 20. ut cum homo sedet.
- 2. Species, quæ sunt:
  - 1. In quantitate, ut cum ad debitam magnitudinem res devenit.
  - 2. In qualitate, ut cum aqua calefieri desit.
  - 3. In ubi, ut cum quid loco non movetur. Est vero quies in ubi
- Est enim quies
  - Naturalis, ut cum corpus locum obtinet, ad quem naturâ suâ fertur.
  - Violenta, quoniam corpus alieno in loco vi detinetur, ut lapis suspensus.

2. DE QUANTITATE

1. Quid sit? Est vero Quantitas accidens per se extensum. Extensum autem est, quod habet partem extra partem. (1. ut corpus naturale motum recipere possit, 2. ut Materia formam sustentare possit.)

2. Ejus officium. Præstat autem

Finitum, quod finitam & determinatam habet quantitatem, cuiusmodi omnia corpora naturalia actu sunt,

3. Distinctio. Ratione n. Quantitatis dicitur aliquid

Infinitem, quod est, cuius secundum quantitatem semper aliquid extra accipere licet, 3. Phys. t. 63. f. fiat *μερόδες* additione f. *ἀφαιρέσει* ablatione. 3. Phys. t. 56. Rursus autem aliquid dici potest Infinitum

- 1. Actu, cuius quantitas actu nullis continetur terminis 3. Phys. t. 56. & huiusmodi infinitum non datur. 3. Phys. t. 37.
- 2. Potentiâ, cui semper ratione quantitatis aliquid addi aut detrahi potest 3. Phys. t. 57. ut numerus addi potest semper major t. 68. & minimum etiam in minora dividi potest. t. 59. Ita hoc infinitum est in potentia, non ut aliquando actu sit; Sicut as dicitur in potentia statua, sed, ut nunquam actu sit. 3. Phys. t. 58.

3. DE LOCO

A	1. Quid sit? Est verò Locus <i>πέρας</i> sive terminus continentis immobilis primus 4. Phys. t. 42. s. est terminus unumquodque corpus primum continens 4. Phys. t. 14. Ubi nota dici	1. Terminum extremum, quod locatum ambit. 2. Primum, ut significetur ambiens proximum. 3. Immobilem, quia non movetur ad motum corporis contenti.
3. DE LOCO	2. Quid sit esse in loco? In loco autem sunt, quæ alio à corpore circumscribuntur. Suntque in loco vel	1. <i>κατ' ἐνέργειαν</i> s. actum, quæ actu ab alio corpore circumscribuntur, ut homo. h. m. cælum in loco non est. 4. Phys. t. 45. cui non adversatur, quod cælum maximè in loco esse dicit 4. Phys. t. 32. 2. <i>κατὰ δύναμιν</i> s. potentiâ, quæ habent aptitudinem, ut ab aliquo corpore circumscribi possint, licet actu non circumscribantur, ut h. m. est corporis naturalis affectio. (mo, lapis. 3. <i>κατ' αὐτὸ</i> s. per se, quæ ab alio corpore divisa ratione sui in loco sunt, ut homo. 4. <i>κατὰ συμβεβηκός</i> s. per accidens 4. Phys. t. 32. & 34. quæ à continuo actu divisa non sunt, sed in eo sunt, quod est in loco per se, ut cor hominis.
	3. Distinctiones. Est verò Locus	1. Communis, qui omnia vel plura continet corpora, ut cælum vel auditorium. 2. Proprius, qui proximè & immediatè corpus ambit, ut aquæ locus est olla, 4. Phys. t. 14. 3. Naturalis, ad quem corpus sponte suâ fertur. 4. Violentus, ad quem corpus vi pellitur.
	4. Proprietates	1. Locus continet locatum 4. Phys. t. 30. 2. Locus primus nec major nec minor est locato. l. c. 3. Locus est sine corpore l. c. 4. Locus ab eo, quod continet, corpore est separabilis l. c. 5. Ad locum naturâ suâ fertur corpus. l. c.
	5. Differentiæ. Sunt autem nostri respectu vel secundum positum nostrum	Dextrum & sinistrum. Sursum & deorsum. Ante & post. 4. Phys. t. 5. Prout autem convertimur, idem quod fuit dextrum, fit sinistrum, & quod fuit antè, fit post.
	6. Oppositum, quod est vacuum. Est verò Vacuum locus omni corpore privatus. 4. Phys. t. 57. & 60. Et huiusmodi vacuum non datur. Datur verò vacuum, quod est locus, in quo corpus non est sensibile, ut quando vas & dolium dicuntur vacua.	
4. DE TEMPORE	1. Quid sit s. definitio. Est verò Tempus numerus motus secundum prius & posterius. 4. Phys. t. 101. Ubi	Per numerum intelligitur non numerans, quo numeramus, sed numeratus, qui in rebus est, qd. sunt numerabiles. 4. Phys. t. 102. Hinc licet nihil esset, quod numerare posset, tempus tamen adhuc esset. 4. Phys. t. 131. Per motum intelligitur motus potissimum primi mobilis s. cœli, quod, uti sibi temper similis, est cæterorum mensura. Per prius & posterius significantur partes Temporis.
	2. Partes, quæ sunt	Præteritum, quod fuit & elapsum est. Futurum, quod erit & nondum est 4. Phys. t. 59. Est enim Tempus Ens successive, cujus partes simul non existunt.
	3. Terminus communis, qui est <i>νῦν</i> s. Nunc, 4. Phys. t. 89. quod est finis præteriti & principium futuri, quare <i>συνέχεια χρόνου</i> s. continuatio temporis est potius, quàm ipsius tempus. 4. Phys. t. 121.	
	4. Verba tempus significan- tia, quæ sunt secundum Aristot. 4. Phys. c. 13.	1. <i>νῦν</i> seu Nunc, quod accipitur dupliciter 1. Pro communi temporis termino, qui unit Præteritum & Futurum, quâ ratione tempus non significat. 2. Pro tempore, quod ab instanti s. nunc præsentis parùm differt, s. sit Præteritum s. Futurum, ut cum dico: Nunc venit, quia hodiè venit, vel nunc veniet, quia hodiè veniet 4. Phys. t. 122. 3. <i>Πότε</i> s. aliquando, quod significat tempus determinatum vel præteritum vel futurum. 4. Phys. t. 123. Ut cum dico, aliquando virginem osculatus sum, vel uxorem ducam. 4. <i>ἤδη</i> Jam, quod significat tempus præteritum, aut futurum à præsentis Nunc minimè distans, 4. Phys. t. 126. Ut cum dico: Jam locutus sum cum virgine, aut jam eam visitabo. 4. Phys. t. 127. 5. <i>ἄρτι</i> nuper, quod significat tempus præteritum præsentis nunc proximum, ut cum dico: nuper fu. Jenæ. 6. <i>Πάλαι</i> olim, quod significat tempus præteritum multùm distans à Nunc præsentis 4. Phys. t. 127. ut cum dico: olim fuit formosa. 7. <i>Ἐξαίφνης</i> s. subito, quod significat brevissimum tempus quodvis l. c. ut cum dico: subito mortuus est.

Tab. V. De Mundo, & Corporibus simplicibus.

Post corpus Naturale consideratum in Universalis agendum est

II. De COELO, de quo observari debet

I. De Mūdo, de quo nota ri debet

1. Nomen. { 1. κόσμος 1. de cælo t. 103. & alibi passim ab ornatu: Universum enim melius Vocatur κόσμον, quàm ἀκοσμίαν vocari dicit Aristoteles de Mundo c. 6.  
ap. Arist. { 2. Πᾶν s. universum 1. de cælo t. 4. Est enim mundus ordo & digestio universorum, quæ à Deo & per Deum asservatur, ut habet Arist. de Mundo c. 2.
2. Definitio. Est verò Mundus systema ex cælo & terra, ac ex iis naturis, quæ intra ea continentur, l. de Mundo c. 2. Et hic Mundus est { 1. Perfectus 1. de cælo t. 4. non quidem simpliciter, cum dubium non sit, quin perfectior fieri potuerit; sed in suo genere.  
2. Unus. Impossibile est, mundos unò plures esse, ait Arist. 1. de cælo t. 81.
3. Materia, quæ est σῶμα φυσικὸν καὶ αἰσθητὸν, corpus naturale & sensibile, dicente Aristotele 1. de cælo t. 98. { 3. Non Æternus, potuisset tamen esse ab æterno.
4. Forma, quæ non potest esse informans unà: cum enim mundus sit Ens per acc. & ex diversis specie corporibus constet, unà formam informantem habere nequit.

1. Æquivocatio.

Accipitur enim

cælum

- { 1. Pro Deo ipso.  
2. Pro aëre inter cælum & terram interjacente, quod & primum vocatur cælum.  
3. Pro æternâ beatitudine & Ubi beatorum, quod tertium vocatur cælum.  
4. Pro cælo stellato, quod secundum vocatur cælum. Apud Arist. a. 3. de cæl. t. 1. vocatur primum cælum, & 3. de cælo. t. 1. & 1. Meteor. c. 3. Elementum primum.

2. Synonymia.

Dicitur au-

tem

- { 1. Οὐρανός, διὰ τὸ ὄργον εἶναι τῶν ἀνῶ, ab eo, quod est terminus eorum, quæ supra sunt, Arist. de Mundo c. 6.  
2. Ὀλυμπός, ὅτι ὁλοκαμπής sive ubique luceat l. c.  
3. Αἴθρη, διὰ τὸ αἰεὶ εἶναι, quia semper currit sive movetur. l. de mundo c. 2.

{

1. Corpus naturale sive εἶσα σώματ' s. substantia corporis 1. de cælo t. 13. Necesse itaque est cælum

- { 1. Habere materiam, quod Zabarella 1. de natura cæli c. 6. negat contra Arist. qui cælo materiam expressè tribuit 1. de cælo t. 95. contradictionem etiam implicat cælum substantiam corpoream esse, & aliquid eorum, quæ ex materia, & tamen materiam non habere. Hæc cæli materia diversa specie non est à materia inferiorum, sed specie eadem.  
2. Formam, quæ non potest esse intelligentia, ut quæ est Ens actu completum. Forma autem Ens actu completum esse nequit: Nec anima, uti ex animæ apparet conditionibus, proindeq; nec cælum est animatum. Est igitur aliud ab intelligentia & anima diversum quid forma cæli, quæ operationum in cælo est principium, materiamque informat.

3. Quid sit? Est autem cælum

2. Simplex. 1. de cælo t. 8. & 23. Constat enim cælum immediatè ex materia prima & forma, nullo alio corpore interveniente.  
3. Sphæricum. Sphæricam enim figuram necesse est habere cælum. Hæc enim est & maximè propria substantiæ, & naturæ primæ, ait Arist. 2. de cælo t. 22.  
4. Circulariter mobile. Quia enim cælum est corpus simplex, simplicem etiam requirit motum, qui cum non sit rectus, circulariter esse oportet, ut argumentatur 1. de cælo t. 8. & 23. Aristoteles. Hic verò motus non est contra naturam cæli, sed secundum ejus naturam. 1. de cælo t. 15.  
5. Perpetuò mobile. 1. de cælo t. 100. Naturâ circulare corpus s. cælum semper movetur, ait 2. de cælo t. 17. Timendum proinde non est, cælum aliquando stare, quod metuerunt olim quidam Physici, ut refert Arist. 9. Met. 8.  
6. Finitum. Licet enim quantitatem magnam obtineat, non tamen est infinitum. Moveri enim non posset, si infinitum esset, ut ostendit Arist. 1. de cælo t. 35. & 61.  
7. Omnia continens. Nullum enim extra cælum corpus est, nec contingit esse, ait Aristoteles 1. de cælo t. 69. & 99.  
8. Immutabile & incorruptibile 1. de cælo t. 22. & 2. de cælo t. 1. Incorruptibile autem non dicitur in ordine ad potentiam Dei, cum ita corruptibile esse constet, & aliquando corruptum iri Theologi doceant, sed in ordine ad causas naturales, quâ ratione incorruptibile est, quod à nullo agente naturali corrumpi potest. Nec obstat, quod cælum habet materiam. Ut enim aliquid naturaliter sit corruptibile, non sufficit materiam habere, sed insuper requiritur, ut formam cum qualitatibus inter se pugnantibus materiæ unitam habeat, quæ, quia in cælo non dantur, ideò & naturaliter cælum est incorruptibile: In homine autem quia semper dantur, ideò etiam semper est corruptibilis.

A B

A B  
 III. De Elementis, de quibus notetur  
 A B

1. Quid sint. Sunt vero stellæ densiores cœli partes, lucidæ & rotundæ. Lux autem stellarum non est substantia, sed quædam qualitas.

4. Cœli partes densiores, quæ sunt stellæ, de quibus notetur

2. Distinctio. Sunt autem secundum Aristot. 2. de cœl. 1. 48. aliæ

Fixæ, quæ eundem semper inter se situm & ordinem servant. Harum quædam propter nimiam loci intercapedinem nobis scintillare videntur l. c. Huc pertinet & Galaxia, quæ est maxima minimarum stellarum frequentia, quæ præ tenuitate distinctè videri non possunt.

Errantes siue Planetæ, quæ eundem inter se ordinem & situm non observant nec scintillant. Hujusmodi sunt

1. Saturnus, qui est frigidus & siccus non formaliter s. in se, sed causaliter, quia efficit & causa est frigoris & siccitatis.
2. Jupiter, qui est temperatè calidus & humidus.
3. Mars, qui est calidus & siccus.
4. Venus, quæ est calida & humida.
5. Mercurius, qui illius, cum quo jungitur, naturæ se accommodat.
6. Sol, qui est Planetarum maximus & lucidissimus, caloremque toti mundo impertit. Hinc illius præsentiam generationis, & absentiam corruptionis causam esse dicit Arist. 1. Meteor. c. 9. Radii Solis cum avertuntur, Lunæ inter solem & visum nostrum interpositione, Eclipsis oritur Solis, quæ naturaliter non potest esse totalis cum Luna Sole minor sit.
7. Luna, quæ humida est & frigida, unde & pro ipsius incremento & decremento corpora humorum incrementa & decremента habent. In plenilunio noctes sunt tepidiores propter lucem pleniorum, quare & Echinorum & cancerorum corpora circa illud tempus obescera esse docet Arist. 4. de part. an. c. 5. Maculæ lunæ non sunt vapores terrestres, quibus Luna alatur, ut sensit Plinius, qui non minus deridendus est, quàm illi, qui Solem humido alidixerunt, ut refert Arist. 2. Met. c. 2. Sed partes Lunæ densiores, quæ proinde magis lucidæ sunt, quàm partes rariores, quæ ita maculæ formam representant. Patitur Eclipsin Luna, qu. fit interpositio terræ inter Solem & Lunam è diametro oppositæ, quæ interpositio facit, ut lumine solari luna privetur. Habet tamen ipsa, ut & aliæ stellæ in se lumen, quamvis satis exiguum.

1. Quid sint: Sunt v. Elementa corpora naturalia simplicia, ex quibus omnia corpora mixta componuntur, & in quæ ultimò resolvuntur, ut colligitur ex 3. de cœl. t. 31. Dicitur autem de Elementis

1. quod sint corpora, ut 1. ostendatur illa habere materiam, quæ simplex est, & nulla alia, quàm prima, & formam, quæ substantia est, non vero qualitates primæ & tactiles. 2. Ut distingvatur à primis rerum naturalium principiis, quæ materia & forma sunt, non vero corpora.
2. quod sint simplicia, ut distingvantur à mixtis, quæ non immediatè ex materia prima & forma sunt.
3. quod ex illis omnia corpora mixta componantur, ut distingvantur à cœlo, quod licet corpus naturale simplex sit, ex eo tamen, tanquam ex materia, nullum fit corpus.
4. quod in ea ultimò resolvantur mixta, ut ostendatur, primum subjectum esse elementorum materiam, eoque priorem materiam non dari.

2. Quot sint. Sunt vero quatuor: Ignis, aër, aqua & terra. 2. de gen. & corr. c. 3. t. 16. Quot enim primarum qualitarum conjunctiones sunt possibiles, tot etiam elementa sunt. Quatuor autem saltim sunt possibiles, ut caloris & siccitatis in igne, humiditatis & caloris in aère, frigoris & humiditatis in aqua, & frigoris & siccitatis in terra. (Calor enim & frigus, humiditas & siccitas, quia contraria sunt, conjungi nequeunt.) Quatuor igitur saltem esse Elementa concludit Arist. 1. c. Neutrum autem horum incorruptibile est: tam ignis enim quàm aër, aqua & terra dissolvitur 3. de cœlo t. 52. ita, ut unum fiat elementum ex alio t. 55. Quò major autem horum est ad se invicem cognatio, eò facilior & velocior potest esse permutatio, ut ignis & aër conveniunt calore; Est enim ignis calidus & siccus, aër calidus & humidus, itemque aqua & aër, quapropter & citius permutari possunt, quàm ignis & aqua, aër & terra, ut docet Aristoteles 2. de gen. & corr. c. 4. t. 25. & 6.

3. Distinctio

G

A	B	<p>{ Levia, quæ natura sursum feruntur, ut ignis &amp; aër, inter quæ prius simpliciter leve est, quia omnibus supereminet, 4. de cœlo t. 32. Posterius saltem secundum quid leve, nim. resp. aquæ &amp; terræ.</p> <p>{ Gravia quæ semper naturâ nata sunt deorsum ferri non prohibita, ut terra &amp; aqua, inter quæ prius simpliciter grave 4. de cœlo t. 37. quia omnibus substat; posterius secundum Quid grave sc, resp. aëris, potest tamen &amp; secundum quid leve vocari; Aër enim &amp; aqua habent levitatem &amp; gravitatem, ait Arist. 4. de cœl. t. 29.</p>
	<p>3. Distinctio. Sunt autem elementa alia</p>	
	<p>{ 1. De Igne</p>	<p>1. Quid sit. Est vero ignis elementum calidissimum, siccum &amp; levissimum. Est enim ignis calidus &amp; siccus 2. de gen. &amp; corr. t. 16. magis tamen calidus, quam siccus, t. 23.</p> <p>2. Locus. Est vero ignis, utpote Elementum levissimum supra aërem proximè sub Lunæ concavo: ordinatum enim est h. m. quod in circuitu primo sub circulari latione est calidum &amp; siccum, quod dicimus ignem, ait Aristoteles 1. Meteor. c. 4. Nec obstat, quod Pythagorei elemento honorabilissimo etiam locum honorabilissimum, qui medium sit, deberi dicebant, ut refert Arist. 2. de cœlo t. 72. &amp; 73.</p>
	<p>{ In specie</p>	<p>2. De aère</p>
	<p>1. Quid sit. Est vero aër elementum humidissimum, calidum &amp; leve: Est enim aër calidus &amp; humidus 2. de Gen. &amp; Corr. t. 16. magis tamen humidus, quam calidus t. 23. Hinc etiam angustissimos corporum poros penetrat, quos aqua pertransire nequit.</p> <p>2. Locus, qui secundum Arist. 1. Met. 3. distingvitur in</p> <p>{ Infimam regionem, quæ à superficie terræ incipit, &amp; ad eam partem se extendit, quæ radorum solis repercussione non incalescit. Hinc calida est &amp; humida, Supremam, quæ paulò infra altissimorum montium cacumina incipit, &amp; se ad locum ignis usque extendit. Et hæc est calidior &amp; siccior. Mediam, quæ inter supremam &amp; infimam interjacet, nec à Solis radiis attingitur. Et hæc omnium est frigidissima, &amp; vaporibus ascendentibus in frigidatur.</p>	
	<p>3. De Aqua</p>	<p>1. Quid sit. Est vero Aqua elementum frigidissimum, humidum &amp; grave. Est enim Aqua frigida &amp; humida, magis tamen frigida quam humida, 2. de gen. &amp; corr. t. 23. Hinc &amp; magis cum elemento calidissimo pugnat.</p> <p>2. Locus. Est vero locus illius naturalis, ut sit supra terram &amp; proximè ab aère ambiatur. Hinc si particula terræ in aquam projicitur, statim fundum petit: ut tamen habitationi terrestrium esset idonea, bona terræ pars non est obruta aquis.</p>
	<p>4. De Terra</p>	<p>1. Quid sit. Est vero Terra elementum siccissimum, frigidum &amp; gravissimum. Est enim terra frigida &amp; sicca, 2. de gen. &amp; corrupt. t. 16. magis tamen sicca, quam frigida, t. 23.</p> <p>2. Locus, qui propter terræ gravitatem est infimus inter elementa, &amp; centrum hujus universi.</p> <p>3. Quantitas. Est vero ea resp. cœli totius ferè nihil. 1. Meteor. c. 14. &amp; non magna, respectu magnitudinis aliorum astrorum 2. de cœlo t. 112.</p>



Tab. VI. De Qualitatibus primis & Mistione.

Post elementa in se considerata, agendum est de illis, prout mitionem ingrediuntur. Ubi notari debet

I. De qualitatibus primis

In genere

1. Quid sint. Sunt vero qualitates primæ, quæ elementis per se & primò insunt, quæq; reliquarum causarum sunt.
2. Quod sint: Sunt vero quatuor, calor, frigus, humiditas, siccitas. (rum causarum sunt)
3. Distinctio. In-ter qualitates elementarum primas aliarum sunt sunt.
  - (Ποιησις) s. activæ, ut calor & frigus. 2. de gen. & corr. t. 8. & 4. Met. c. 1.
  - (Παθησις) s. passivæ, ut humiditas & siccitas l. c. Nec obstat etiam humidum humectare, & siccum exsiccare, ac ita agere. Notandum enim ex Zab. l. 1. de qualitatibus elementarum. c. 5. actionem primarum qualitatibus esse duplicem

In specie

1. Quid sit calor. Est vero calor qualitas prima, homogenea congregans 1. de gen. t. 8. Nec obstat, quod etiam calor s. ignis aliena segregat. Id enim fit per accidens, ut tradit Arist. l. c. Per homogenea autem intelliguntur non tantum, quæ specie eadem sunt, ut aurum, sed etiam, quæ specie differunt, modò in tantum similem habeant temperaturam, ut uniri queant, ut alimenta omnia, quæ in unam naturam in chylo converti possunt, olus, caro, panis, &c.
2. Quid frigus. Est vero frigus qualitas prima congregans tam homogenea, quam heterogenea. 2. de gen. & corr. t. 8. ut patet in aqua congelata, ubi non tantum partes aqueæ, sed etiam ligna, stramen, lapides, & si quæ alia intercipit, in unum acervum cogit. Per heterogenea autem intelliguntur omnia, quæ in unam naturam converti nequeunt, ut quæ in excrementa abeunt.
3. Quid humiditas. Est verò humiditas qualitas prima, quæ difficulter suo, facile autem alieno continetur, l. c. t. 9. ut patet in aëre vel aqua, quæ facile ad figuram vasis figurantur, vasisque terminos recipiunt.
4. Quid siccitas. Est vero siccitas qualitas prima, quæ suo facile, difficulter vero alieno continetur l. c. ut patet in lapide, qui projectus in vas aliquod, vasis fig. minimè recipit, sed proprios terminos retinet. (habet, ut aër, pruina.)
  - 1. Raritas. Est vero rarum id, quod partes attenuatas nec solidè cohærentes
  - 2. Densitas. Est vero densum, quod partes astrictas & solidè cohærentes habet, ut ferrum, lapis. (t. 4. ut ignis.)
  - 3. Levitas. Est vero leve, quod suâ naturâ sursum ferri aptum est. 4. de cœl.
  - 4. Gravitas. Est v. grave, quod naturâ suâ deorsum s. ad medium fertur l. c. ut lapis.
  - 5. Durities. Est vero durum, quod compressum in se per superficiem non cedit tangenti. 4. Met, c. 4. (Simpliciter durum, ut ferrum. Estque vel secundum quid, ut cera ref. lanæ t. c.)
  - 6. Mollities. Est vero molle, quod compressum quoad superficiem tactui cedit non circum obfistendo, (Simpliciter molle, ut lana. Estque vel secundum quid, ut cera ref. lapidis l. c.)
7. Crassities. Est vero crassum, quod solidas habet partes, ut ferrum, lapis 2. de gen. & corr. t. 10.
8. Subtilitas. Est v. subtile, quod partes habet tenues, ut flatus in aëre l. d.
9. Ariditas. Est vero aridum, quod partes ferè omni humore destitutas habet l. c. t. 12. ut pumex.
10. Lubricitas. Est vero lubricum, quod facile tactum effugit, ut angvilla.
11. Friabilitas. Est vero friabile siccum, quod partes non benè cohærentes habet, & tritu faciles, ut Sal.
12. Lentor. Est vero lentum, quod tenaces & glutinosas partes habet, ut pix.
13. Asperitas. Est vero asperum, quod constat partibus prominentibus, & tactum offendentibus, ut Cortex.
14. Lavitas. Est vero læve, quod superficiem habet æqualem, tactumque oblectat.

H

II. De Mistione

A

1. Homonymia. Accipitur enim mistio

- 1. Pro tam arcta miscibilium conjunctione, ut sensu dignosci illa nequeat, ut cum farina hordei & tritici junguntur. Arist. 1. de gen. & corr. t. 85. vocat *μίζω πρὸς αἰσθησιν* s. misionem ad sensum.
- 2. Pro simili miscibilium conjunctione, ita tamen, ut insuper secundum omnes partes confusio fiat. I. e. ut cum vinum aqua diluitur.
- 3. Pro elementorum unione, ut h. l.

II. De misione

2. Definitio. Est v. *μίζω τῶν μικτῶν αἰσθησιν* mistio miscibiliū alteratorū unio 1. de gen. & c. t. 90. Admisionē ergo omnem requiri patet

- 1. Miscibilia, quæ nihil aliud sunt, quàm 4. elementa. Omnia enim corpora mista, quæ circa mediū locum sunt, ex omnibus cōposita sunt simplicibus, ait Aristot. 2. de gen. & corr. t. 49. Hæc vero, prout misionem ingrediuntur, sint
- 2. Miscibilia s. elementa alterata. Elementa enim in misione talia non manent, qualia ante misionem sunt, sed qualitates, dum mutuo in se agunt & patiuntur, alterantur, & ad convenientem temperiem rediguntur. Non ergo miscibilia misto insunt 1. secundum materiam & formas substantiales integras, cum mistum ita nihil esset aliud formaliter, quàm elementa quatuor, nec 2. insunt secundum materiam & formas, sc. substantiales refractas, cum substantiæ intensionem & remissionem non recipiant; sed 3. insunt secundum materiam saltem cum qualitatibus refractis, quæ materia prioribus formis abolitis sub formam misti redigitur. Non ait Aristoteles 1. de gen. & corr. t. 84. (miscibilia) actu permanent (in misto,) ut corpus & album, neque corrumpuntur, neque alterantur, neque ambo. Salvatur enim virtus eorum, ideò & hæc relinquuntur.
- 3. Miscibilium alteratorum unionem, Excluditur itaque à misione elementorum generatio, ut aër ex aqua, & contra, & ostenditur simul accidentium misionem non dari, 1. de gen. & corr. t. 87.

- I. *Ποικιλὰ αἰσθησιν καὶ παθησιν* seu agentia & patientia ad se invicem. 1. de gen. & corr. t. 87. & 2. de gen. & corr. t. 8. actione nimirū univocā. Hanc circa cōditionem notandū ulterius
- II. *Ἐυδιαίρετα* s. in partes minutissimas facile divisibilia 1. de gen. & corr. t. 88.
- III. *Τοῖς δυναμεισιν πῶς ἰσχυόμενα* s. potentiis quodammodo æquabilia t. 89. Multa n. paucis & magna parvis conjuncta misionem non efficiunt, sed id, quod superat, alterum in suam naturam convertit t. 88.

- 1. Quid sit Reactio. Est v. reactio nihil aliud, quàm retributa s. reciprocata actio, quando nim. hoc in illud, illud vero in hoc agit ut cum aqua calida infunditur frigida, calida calefacit frigidam, & frigida infrigidat calidam.
- 2. Quid sit repassio. Est vero repassio retributa s. reciprocata passio, quando nimir. hoc patitur ab illo, quod rursus patitur ab hoc, ut cum id quod pellit, patitur ab eo, quod pellitur, quod rursus patitur ab eo, quod pellit 4. de gen. a. c. 3.
- 3. Simile non agere in simile, nec pati à simili 1. de gen. & corr. c. 7. Intelligitur autem per simile id, quod prorsus est simile, h. e. tam genere quàm formā, ut duo aquæ calida. quorum neutrum agit in alterum. Agit tamen calidum in calidū, quod non est apud calidum, ex quo reliquos frigoris gradus expellere conatur. Ut ergo inter aliqua detur actio & passio. 1. nec penitus similia sint, h. e. genere & formā, nec 2. penitus dissimilia, h. e. genere & forma, ut calor & linea; sed 3. genere similia, forma vero dissimilia, qualia sunt humidum & siccum, calidum & frigidum. Vid. Arist. 1. c.
- 4. Agens ad similitudinem sibi patiens 1. de gen. & corr. t. 51. Calidum enim, dum agit in frigidum, ipsum conatur calidum reddere.

3. Cognatum, quod est Generatio. Est vero generatio mutatio totius, nullo sensibili manente ut subjecto eodem, ut cum ex alimento chylus, & ex chylo fit sanguis 2. de gen. & corr. t. 25. Mutari autem dicitur totum, quoties compositi forma interit, quamvis materia & accidentia remaneant. Hinc quoties aliquid ita mutatur, ut formam suam substantialem deponat, aliamque adsumat, dicitur generatio: quo sensu & Arist. 1. de gen. & corr. t. 17. dicit, hujus corruptionem alterius generationem, & hujus generationem alterius corruptionem: non quidem formaliter, quæ ipsa generatio, quæ est unio materiæ cum forma, esset formaliter corruptio, quæ est materiæ & formæ dissolutio; Sed consequenter, quia, quando unum generatur, alterum corrumpitur, & quando unum corrumpitur, alterum generatur. Complectitur autem generatio sub se, ut ex 1. de gen. & corr. t. 23. patet

- 1. Generationem simplicium corporum s. elementorum, ut cum ex aëre aqua, aut ex aqua aër generatur.
- 2. Generationem misti, quæ formaliter cum misione non est eadem, sed ab ea ratione differt. Prout n. elementa s. miscibilia se invicem oppugnant, alterant & uniuntur, Mixtio; prout v. nova forma substantialis acquiritur, Generatio vocatur.
- 4. Oppos.

A

4. Oppositum, quod est putrefactio, de qua notetur.

1. Quid sit s. Definitio. Est vero putrefactio corruptio naturalis ac proprii caloris in unoquoque humido ab externo, qui in ambiente est, calore. 4. Met. c. 2. Dicitur autem de putrefactione,

quod sit

1. Corruptio. Est enim mutatio ab esse tali ad non esse tale, s. Est mutatio ab esse perfecto ad esse imperfectum.
2. Corruptio naturalis ac proprii caloris. Per calorem autem, qui per putrefactionem corrumpitur, intelligitur ille, qui in generatione dominatur, ac humidum terminat, qui, quatenus in humidum tenet dominium, idque terminare potest, naturalis; quatenus vero huic misto est commensuratus, & non alii convenit, proprius h. l. vocatur. Corrupti autem per putredinem dicitur calor, licet aliquis in putrescente maneat. Nam in his, quæ putrescunt, fiunt animalia, propterea, quod, quæ segregatur caliditas naturalis existens consistere facit segregata, ait Arist. 4. Met. c. 1. Qui E. in misto putrescente remanet calor, pro animalium illorum generatione humidum cum sicco congregat.
3. In unoquoque humido. Omne enim, in quo proprius & naturalis calor debet corrumpi, subjectum debet esse humidum, s. illud humidum sit naturale s. adventitium. Hinc, quæ humido excrementitio abundant, ut poma, facilius putredinem concipiunt, quàm quæ siccioris sunt naturæ.

4. Quæ fiat ab externo calore ambientis. Illud enim, quod calorem naturalem in humido corrumpit, est calor externus illius, quod ambit, corporis, sive illud sit aër, s. sit aqua s. corpus illud. Dum enim calor externus ambientis corpus humidum aperit, ac internum educit, ac imminuit calorem, humidum, quod eò continebatur, à sicco separatur, ac sui quasi facti juris diffluit, indeque oritur putredo, tandemque solum fimus & terra remanet.

1. Quare ea, quæ putrescunt ab initio sint humida, deinde sicca? scil. ex eunte proprio calido, simul educitur, quod secundum naturam humidum, & inducens humidum non est amplius, ait Arist. 4. Met. c. 1.

2. Quare tempore hyberno minus putrescunt corpora, quàm æstivò? In hyeme enim parum in ambiente aère & aqua est caloris, quare nihil valet, in æstate verò plus, ait Aristoteles l. c. Eadem est causa, quare caro in locum frigidiorum collata, tam citò non putrescat.

Hinc apparet

3. Quare aqua, quæ movetur & fluit, minus putrescat, quàm quæ non movetur? scil. debilior motus sit ab eo, qui in aère est, calore, quàm, qui in re præexistit, quare nihil facit permutari, ait Aristoteles l. c.

2. Distinctio. Est vero putrefactio sive putredo vel

1. Secundum Totum s. Totalis, quando nimirum calor naturalis è subjecto humido, unà cum humido in totum educitur à calore externo ambientis, ita, ut præter terram nihil remaneat. H. m. putrescunt mista per excessum terrea, ut poma, caro. Totalisque esset putredo, licet pars saltem misti ita putrescat.
2. Κατὰ μέρος s. partialis, quando calor naturalis cum humido non in totum educitur à calore externo ambientis. Et h. m. putrescunt humores in corpore humano, vinum & alia per excessum aquæ.

Tab. VII. De Temperamento & primarum qualitatum in misto effectibus.

Post missionem agendum est de illis, quæ missionem consequuntur, qualia sunt

2. Effectus qualitatum in misto, quæ sunt

1. Temperamentum. De quo notari debet

1. Quid sit s. definitio. Est vero Temperamentum nihil aliud, quàm quatuor primarum qualitatum ad mediocritatem redactarum misto conueniens proportio. Non proinde Temperamentum est
1. Secundum Arithmeticam proportionem, quoniam nimirum qualitates primæ prorsus æqualiter concurrunt, una non magis aut minus, quàm altera. Vocatur aliàs temperamentum ad pondus.
2. Distinctio. Est v. Temperamentum aliud
2. Secundum Geometricam proportionem, quoniam qualitates primæ non quidem prorsus æqualiter concurrunt; Ita tamen, ut misti naturæ optimè conueniant & consentiant. Vocatur aliàs Temperamentum ad Iusticiam. Estque rursus vel
- 1. Substantia.
  - 2. Nova & quinta qualitas.
- Simplex, ubi una saltè ex quatuor primis qualitibus excellit.
  - Còpositū, ubi duæ qualitates excedunt, reliquasque duas vincunt
  - Hujusmodi est in homine
- 1. Sanguineū, ubi calidū & humidū excedunt.
  - 2. Colericum, ubi calidum & siccum excedunt.
  - 3. Phlegmaticū, ubi frig. & humidum excedunt.
  - 4. Melancholicū, ubi frigidum & siccū excedunt.

1. Coctio, de qua notetur

2. Species, quæ sunt

1. Quid sit s. definitio. Est vero coctio perfectio proveniens à calore naturali & proprio, humidum ac siccum ad convenientem temperiem reducens. 4. Met. c. 2. Differt hæc concoctio, quæ est naturalis & à naturali proficiscitur calore, ab ea, quæ est artificialis, & à calore igneo s. ascititio fit.
1. Maturatio, quæ est coctio nutrimenti in humido, proveniens à calore naturali, reducens humidum ad temperiem mixto convenientem. Et conuenit propriè plantarum & arborum fructibus, qui maturi dicuntur, quoniam perfecti sunt, 4. Met. c. 3. Adjuvatur maturatio à calore extrinseca nonnunquam, ut quoniam vites locantur ad parietem; sed non proficitur, nisi calore naturali. Impropiè maturatio tribuitur ulceribus, quæ matura dicuntur, quando sine difficultate sanies effluit. l. c.
2. Elixatio, quæ est humidi nutrimentalis coctio à calore externo fortiori humido, ut cum cibis convertitur in chylum. Elixabile autem corpus non est, in quo nullum est humidum, ut in lapidibus; neque in quibus quidem inest, sed ob spissitudinem vinci nequit; ut in lignis; sed demum id, quod habet humiditatem possibilem ab eo, qui in humido est, calore, 4. Met. c. 3. Secundum similitudinem etiam elixari dicitur caro & oculus, dum ad ignem admoventur, & aquâ bulliente elixantur.
3. Assatio, quæ est coctio à calore sicco & alieno 4. Met. c. 3. ut cum ex alimento ossa fiunt. Eod. nomine vocatur, cum concoctio artificialis humidi interni fit à calore sicco & externo, ut, cum caro admota ad ignem assatur; quamobrem etiam pars exterior in assato est siccior, quàm interior; Coeuntibus enim exterioribus meatibus; intus quod est, humidum non potest excerni, sed meatibus clausis includitur 4. Met. c. 3.
3. Oppositum, quod est incoctio. Est v. incoctio imperfectio à proprii caloris defectu proveniens. 4. Met. c. 2. Hujus species sunt
- 1. Cruditas, quæ est imperfectio in frugibus à defectu proprii caloris proveniens. 4. Met. c. 3. Tribuitur per similitudinem cruditas urinæ & destillationibus, l. c.
  - 2. Μόλιωσις s. inquinatio, quæ est incoctio elixationi còtraria. l. c.
  - 3. πύρωσις s. Tostio, quæ est nutrimenti à præternaturali calore adustio, & humidi immodica extractio, unde nascitur scabies. Opponitur etiam assationi semiustulatio, quæ oritur propter caloris, qui assare debet, defectum aut abundantiam humidum in assando. l. c. (vet, ut in frugibus.)
2. Exsiccatio, quæ fit
- 1. à calore externo, quoniam ille humidum internum calefacit & evaporationem permotio, ut cum calor internus humidum innatum expellit aut consumit.
  - 2. ab interno, ut cum calore internus humidum innatum expellit aut consumit.
  - 3. à frigore, ut cum tempore hyberno exsiccatur lutum frigus. Exsiccabilia autem non sunt omnia, sed quæ sunt aquea, & aquam admistam habent, sive illa connata fuerit, ut in lacte, s. sit adventitia, ut in lana 4. Met. c. 5.
3. Humectatio, quæ accedente fit humore, & iis contigit corporibus, quæ magis sunt terrestria, & meatus ampliores & duriores habent, 4. Met. c. 9. Hinc humectabilia non sunt
- 1. Aquea, ut glacies, quia non habent poros.
  - 2. Metallica, quæ poros quidem habent, sed angustos.
  - 3. Penitus porosa, & poros molles habentia, ut: Sal, nitrum. l. c.
  - 4. Concretio,

Tab. VII.

4. Concretio, quæ fit { 1. A calore sicco, ut in salibus, cum torrentur, aut ex aquâ segregantur.  
 2. A frigore, ut cum aqua glaciatur.  
 3. A frigore & calore simul, ut qn. lapides concrefcunt. Concretionem autem admittunt, vel quæ sunt aquea, vel simul aquea & terrestria 4. Met. c. 6. In quibus autem aër prædominatur, illa non concrefcunt, ut apparet in oleo, quod, quia aère plenum est, non concrefcit; & in aquâ etiam, quia aër sursum fertur, supernatat. 4. Met. c. 7.
5. Liquatio, quæ fit { 1. à calore, quæ enim frigore concreta sunt, calore iterum liquantur, ut in glacie, auro & pingvedine apparet.  
 2. ab humiditate. Quæ enim calore sicco sunt concreta, illa, adhibito humidò, iterum liquefcunt, ut in sale & nitro videtur: Quæ vero calore simul & frigore concreta sunt, inter illa quædam non liquefcunt, ut vasa fictilia, 4. Met. c. 7.
6. Mollitio, quæ fit à calore in illis, quæ plus de terra, quàm { 1. Ex aqua, quæ fuerunt concreta, ut glacies.  
 2. Terrea, omnis ferè humoris expertia, ut Sal, vasa fictilia. 4. M. c. 9.  
 est 4. Met. c. 6. Molliri proinde non possunt
7. Flexio, quæ est motio ad concavum salvâ manente longitudine. 4. Met. c. 9. ut in arundine aut vimine apparet, Motio enim, quæ fit ex concavo in rectum, vocatur directio l. c. Quare & quæcunque non possunt dirigi, etiam flecti nequeunt l. c. ut fictilia vasa,
8. Ruptio, quæ est in magnas partes, quarum duæ saltem sunt, separatio. 4. Met. c. 9. ut in ligno.
9. Fractio, quæ est in parvas partes & duabus plures divisio l. c. ut in vitro, lapide, & vasis fictilibus.
10. Impressio, quæ est transitus aut cessio in profundum secundum superficiem partem non circumstans, orta à tactu 4. Met. c. 9. Aqua proinde non patitur impressionem. Nec impressionem recipiunt, quæ, ubi tacta fuerint, in eos, quos in se habent, meatus coire nequeunt, ut lapis, ferrum l. c. Pressibilia vero sunt, quæ tactu in seipsa aut in proprios meatus coire queunt, ut, spongia, caro, l. c. Inter pressibilia autem alia sunt mollia, ut cera, alia dura, ut æs, l. c.
11. Tractio, quæ est motio superficiem in obliquum, Hinc & trahibilia sunt, quorum superficies in obliquum transferri potest, ut: pilus, corrigia, lana, pituita l. c.
12. Ductio, quæ reperitur in illis, quæ unâ percussione quoad superficiem simul in latus & profundum secundum partem transferri possunt, ut, aurum, argentum, plumbum. l. c.
13. Formatio s. subactio, quæ locum habet in pressibilibus manentem compressionem habentibus, ut in cerâ, luto 4. Met. c. 9. Hinc licet spongia impressionem recipiat, non tamen est formabilis.
14. Fissio, quæ est secundum longitudinem divisio. Fissibilia autem sunt, quæ dividi possunt amplius, quàm dividens divisit, 4. Met. c. 9. ut lignum, quod amplius finditur, quàm findens divisit; quia durum est, meatusque secundum longitudinem habet. l. c.
15. Sectio, quæ secundum latitudinem est divisio, Secabilia autem sunt corpora concreta tam dura, quàm mollia, quæ non necessariò ulterius dividuntur, quàm dividens divisit, nec, dum secundum latitudinem dividuntur, franguntur. 4. Met. c. 9.
16. Exhalatio, quæ est excretio communis humidæ & sicci simul ac ignis calore proveniens 4. Met. c. 9. Exhalabilia autem sunt corpora, quæ humida quidem sunt, humorem autem non evaporant, nisi igne admotò. l. c. ut Juniperi, ligna, quorum exhalatio fumus est.
17. Combustio, quæ est in cinerem redactio. Combustibilia autem sunt, quæ meatus ad suscipiendum ignem idoneos habent, in illisque humorem, igne tamen debiliorem, ut ligna, 4. Met. c. 9. inter quæ viridiora, utpote humidiora, magis combustioni renitentur, quàm arida. Inter combustibilia autem alia sunt inflammabilia, quæ flammam præbere possunt, s. quæ non sunt prorsus humida, & tamen sunt exhalabilia, ut ligna l. c. quæ per se sunt inflammabilia; cera autem & oleum magis cum aliis l. c. alia non-inflammabilia, quæ flammam exhibere non possunt.

Tab. IIX. De Corporibus imperfecte mistis in genere & specie.

Post ipsam missionem & ea, quæ missionem insequuntur, sequuntur corpora imperfecte mista, de quibus notari debet

1. In Genere

1. Nomen; Vocantur autem communiter *μετέωρα* q. elevata & suspensa, quia pleraque illorum in sublimiori loco sunt posita, quare & hanc doctrinam veteres à potiori *μετεωρολογία* dixerunt, dicente Aristotele 1. Met. c. 1. (teria & formâ constant, ut Iris, Parelus, Fulgur.
2. Distinctio. Sunt *ἁπλοῦς* f. emphatica, quæ ab illustratione solummodo dependent, nec materia & formâ constant, ut Iris, Parelus, Fulgur. vero inter Me- & *ὑποστατική* f. hypostatica, quæ materia & formâ constant, ut corpora imperfecte mista. Hæc a. rursus sunt vel Ignita, ut Ignis fatuus. Aerea, ut Ventus. Aquea, ut nubes.
3. Materia. Meteororū autem, quæ corpora sunt, materia { Remota, 4. sunt Elementa. Proxima est vapor, qui est halitus calidus & humidus, ex aqua & aquosis locis proveniens. Quare & potentiâ aqua. 1. Met. c. 3. & exhalatio, quæ est calida & sicca, à terrâ proveniens.
4. Efficiens. Educitur autem & Elevatur tam vapor, quàm exhalatio virtute Solis & reliquarum stellarum. Calefactâ terrâ à Sole necessarium est, exhalationem fieri, ait Aristoteles 1. Met. c. 4. Fiunt tamen exhalationes { Rarius { 1. Tempore hyberno, quia terra frigore est cōstricta. 2. Tempore æstivo, quia nimius calor eas absumit, antequam ad suum locum deveniunt. (absumit. 3. Horis meridianis; quia & tunc calor fortior eas { Frequentius { 1. Tempore verno, & autumno, quia tunc terra magis est soluta, pluviaq; magis humectatur. 2. Horis matutinis & vespertinis, quia tunc calor est debilior, quàm ut eas absumere possit.
5. Locus. Omnia autem (Meteora) { Infimâ aëris regione, & in terræ cavernis, ut ignis fatuus & terra sub Luna fiunt, ait Arist. 2. Met. c. 4. Fiunt tamen alia in { Media aeris regione, ut nubes. { Supremâ, ut Cometa. (ræ motus.

1. Meteora ignita sunt

- I. Fax, quæ est exhalatio tenuis ac continua secundum longitudinem & latitudinem æquè distensa, quæ accensa in parte superiori instar facis ardet 1. Met. c. 4.
- II. Trabs; quæ est exhalatio secundum longitudinem extensa, quæ æquabiliter accensa trabis figuram exhibet. 1. Met. c. 4.
- III. Bolis, quæ est exhalatio mediocriter longa, cujus partes subtiliores unâ cum crassioribus benè mixtæ, subito accensæ, sursumque tendentes, emissæ sagittæ speciem exhibent.
- IV. Capræ saltantes, quæ sunt exhalationes secundum longitudinem magis, quàm secundum latitudinem extensæ, nec partibus æqualiter densis constantes, ad quarum latera, quæ quasi fila sunt, dum flamma excurrit, ad modum caprarum saltantium. scintillare videntur. 1. Met. c. 4.
- V. Stellæ vel scintillæ volantes, quæ sunt exhalationes parvæ & multipliciter dispersæ, quarum una accensa alteri celeriter flamma communicat, ac ita ad modum scintillæ volantis volare videntur. 1. Met. c. 4.
- VI. Stella cadens, quæ est exhalatio non benè compacta, quæ à nube frigidâ tacta depellitur, & cum una post aliam pars acceditur, stellæ cadentis speciem refert. 1. Met. c. 4.
- VII. Draco volans, qui est exhalatio crassa, nec benè compacta, quæ in sublimi accensa frigidæ nubis impulsu incurvatur, & ita flectitur, ut partes exteriores duæ caput & caudam, mediæ verò ventrem Draconis repræsentent. (lanceæ detruditur.
- IX. Lancea ardens, quæ est exhalatio oblonga & benè compacta, quæ inflammata ad formam lanceæ detruditur.
- IX. Ignis erraticus f. fatuus, qui est exhalatio viscosior, inflammata, hinc inde vagans. Hæret autem in infimo aere, quapropter motu illò, etiam ignis fatuus movetur. Hinc, qn. ad illū viator accedit, aerem ante se pellit quò propulsò & ignis fatuus propellitur, ac ita fugere videtur; quando vero recedit, trahit post se aerem, quo attracto & ignis fatuus trahentem sequitur; quando vero stat, & ignis fatuus stat, nec movetur, quia aer non movetur.
- X. Ignis lambens, qui est exhalatio inflammata, rara & subtilis, quæ per aerem dispersa hominum vestimentis ac equorum aliorumque capillis sine ullâ læsione adhæret. Adhærescit etiam hic ignis navium malis, vocaturque, si una fuerit flamma, sidus Helenæ; si vero duplex fuerit, Castor & Pollux.
- XI. Chasma, quod est exhalatio densa & viscosa, in suprema aeris regione, cujus partes exteriores, qn. mediis non inflammatis flammam concipiunt, cavitas qs. in cœlo formatur; quæ si magna fuerit, hiatus, si parva, fovea vocatur. (1. Met. c. 5.
- XII. Color sanguineus, qui est exhalatio æquè raras & æquè densas partes habens, inflammata.
- XIII. Cometa, qui est exhalatio viscosa, sicca, ampla, arctè compacta, inflammata, diu ardens, stellæ formam referens. 1. Met. c. 6. & 7. De hoc notetur { 1. Locus, qui non est cœlum, quod nullam admittit generationem aut corruptionem, nec infima aut media aeris regio, sed suprema. 2. Figura, cujus { Barbatus, qn. nimir. exhalatio unâ ex parte est pro- ratiōe Come- { tensior instar barbæ. ta est vel { Crinitus, qn. exhalatio est similis omni ex parte, ra- diosq; tanq. crines undiquaq; emittit. 1. Met. c. 7. 3. Color, cujus ratione { Candidus, propter materiæ raritatem. Cometa est vel { Rubicundus, propter materiæ densitatem. 4. Effectus, qui sunt ventorum copia & siccitas. 1. Met. c. 7. quam in- sequi solent sterilitas, fames, pestis & bella.

XIV. Ful-

A B

2. In specie

**BXIV. Fulmen, quod est exhalatio nubi inclusa, quæ inflammata magno cum impetu extruditur.** 3. Met. c. 2. Hoc si crassum valdè est, domos & arbores accendit, & in lapidem crescit. Exit autem fulmen non in parte nubis superiori, quæ est densior, sed in parte inferiori, quæ est rarior. Sonus, quem efficit, vocatur Tonitru. Quando vero exhalatio exitum quærens concutit quidem nubem, non vero perrumpit, sonus auditur tumultuans: qn. vero unam nubis partem post alteram perrumpit, multiplex & diuturnior editur sonus, qn. vero unò ictu nubes rumpitur, maximus sonus oritur, nubes fuerit densior. Semper enim prout est densior nubes, major fit sonus, si exhalatio etiam abundantior; sin rarior nubes & exhalatio minor, etiam debilior sonus: Nonnunquam etiam nullus editur sonus, exhalatione prodeunte, qn. nim. nubes admodum rara, ut exhalationi exitum quærenti reniti nequeat. Splendor fulminis vocatur fulgur s. coruscatio, quæ prius videtur, quàm Tonitru auditur, licet eò sit posterior, quia visus anticipat auditum. 2. Met. c. 9.

2. Meteora aquea sunt

- 1. Nubes, quæ est vapor ad mediam aëris regionem delatus, ibique frigore constrictus 1. Met. c. 9. In superiori n. loco non coguntur nubes, quia ibidem prope est ignis. 1. Met. c. 3. Estq; vel ad pluviam procreandâ idonea, vel sterilis, quæ alba est & lucida, & ad generandam pluviam inepta.
- 2. Pluvia, quæ est vaporis frigore constricti & ad mediam aëris regionem delati in aquam resolutio. 1. Met. 9. Sunt a. tria pluviae genera: 1. Guttæ s. stillicidia, qn. ob vaporis tenuitatem minutissimæ guttæ decidunt. 2. Imber, qn. guttæ grandiores & densiores delabuntur. 3. Nimbus, qn. adhuc grandiores magno cum impetu depluunt.
- 3. Nix, quæ fit, qn. vapor anteq. in aquam resolvitur, validiori frigore concrevit, ac in laminas tenuiores dissilit 1. Met. c. 1.
- 4. Grando, quæ est pluvia inter delabendum conglaciata 1. Met. c. 12. Confert autem ad celeritatem congelationis, antea fuisse calefactam aquam l. c.
- 5. Pruina, quæ est vapor tenuis propè terram confidens, ac frigore nocturno, anteq. in aquam resolvitur, congelatus, 1. Met. c. 10. in montibus pruina non fit. 1. Met. 10.
- 6. Ros, qui est vapor tenuis propè terram confidens, ac moderato frigore nocturno in aquam resolutus. 1. Met. c. 10. Ambo a. tam ros, quàm pruina, fiunt serenis & tranquillis noctibus 1. Met. c. 16.
- 7. Nebulæ, quæ sunt vaporum, qui in altum elevari nequeunt, reliquæ, aërem proximum obscurantes. Hinc Nebulam nubem sterilem vocat Aristoteles 1. Met. c. 9.

3. Meteora aërea sunt

- 1. Ventus, qui est ex vapore & exhalatione prædominante ( Nam & vaporem ad ventorum generationem requiri inde patet, quia post imbres oritur ventus. 2. Met. c. 4.) quæ nim. tanq. calida & sicca, delata ad medium aërem humidum & frigidum repellitur, initio quidem leniter, deinceps verò vehementius. Assumit autem qualitatem loci, per quem fertur, unusquisque ventus; unde & unus præ altero est frigidior, humidior &c.
- 2. Terræ motus, qui fit, cum vaporis & exhalationis copia terræ inclusa ampliolem quærit locum & exitum, quem ubi non invenit, vi terram concutit 2. Met. c. 1.

4. Meteora apparentia sunt

- 1. Chasma, quod est meteorum apparens, aperientis cœli speciem referens. Fitque cum nubes, quoad partes exteriores, tq. rariore, illustratur à Luna aut alia stella, mediis ut densioribus non illustratis; & pro diversa quantitate Hiatus & Fovea vocatur, 1. Met. c. 5.
- 2. Colores nubium. qui pro diversitate materiæ diversi esse possunt. Albus enim fit, qn. nubes rariore, subtiliores minusque condensatæ illustrantur: Niger, qn. densa est & crassa nubes: Rubicundus, qn. humidum fumosum continet; Viridis, qn. nubes est aquosa & rorida.
- 3. Iris, quæ est arcus tricolor apparens in nube rorida, opaca & concava, Soli vel Lunæ ex adverso posita, ortus à varia radiorum reflexione 3. Met. c. 2. & 4. Habet autem Iris 1. colorem paniceum, qui oritur propter minorem aut exiguam nubis opacitatem. 2. Viridem, qui oritur propter mediocrem nubis opacitatem. 3. Purpureum, qui oritur propter majorem nubis opacitatem. Iris, quæ per diem fit, à Sole efficitur; quæ vero per noctem, à Luna; & quidem non contingit fieri illam, nisi in plenilunio & raro. 3. Met. c. 3. Idem tamen ubique modus.
- 4. Area, quæ est circulus Solem, Lunam, aut aliam stellam majorem ambiens, ex radiorum in nube tenui, rarâ & æquabili refractione proveniens 3. Met. c. 3. Frequentius tamen area apparet Lunæ, & quidem in plenilunio; pluviamque indicat, si diutius consistit, valdeque in circumferentia nigricat: Serenitatem, si est clarior; ventum, si citò dissipatur.
- 5. Parelius, qui est imago Solis, ad latus illius in nube densa, planâ consistente & aquosa, à radiorum solarium refractione producta 3. Met. c. ult. Quod si contingit plures ejusmodi nubes ad Solis latus poni, plures quoque apparebunt Soles.
- 6. Paraselene, quæ est imago Lunæ ad latus illius existens, in nube densa, continua & consistente à refractione radiorum Lunarium producta.
- 7. Virgæ quæ sunt imagines linearum rectarum, ab inæquabili nubis aquosæ dispositione & radiorum reflexione productæ 3. Met. c. ult. Sequuntur virgas ut plurimum pluviae, quia nubes illa, tanquam subjectum virgarum, ad resolutionem pluviae est aptissima.

Tab. IX. De Corporibus perfectè mixtis inanimatis.

Post corpora Imperfectè mixta agendum est de corporibus perfectè mixtis inanimatis, cujusmodi sunt

1. Metalla, de quibus notari debet

1. Quid sint. Sunt vero Metalla corpora, perfectè mixta similia, inanimata, ex materia lenta ductili, terrestri (exhalatione vaporosa) vi caloris & frigoris intra terram generata. Metallorum proinde

2. Species, quæ sunt
1. Aurum 3. Met. c. 7. & 4. Met. c. 10. Metallum hoc omnium est perfectissimum, insipidum tamen & inodorabile l. de sens. & sensib. c. 5. A Chymicis vocatur Sol.
  2. Argentum. 4. Met. c. 10. quod dignitate proximè accedit ad aurum. A Chymicis vocatur Luna.
  3. Æs. 4. Met. c. 10. quod alias cuprum dicitur, quia copiosè in Insula Cypro reperitur; à Chymicis vocatur Mars.
  4. Ferrum, l. c. à Chymicis vocatur, Mars.
  5. Stannum, l. c. à Chymicis vocatur Jupiter.
  6. Plumbum, à Chymicis vocatur Saturnus. Plumbum hoc, si tenuem & latam habuerit figuram, aquis innatat, cum tamen minora minusque gravia, si rotunda & oblonga fuerint, ut acus, deorsum ferantur. Nam quæ latam habent figuram, latitudine multum de subjecto corpore comprehendunt, quod proinde tam facile dividere non possunt; quæ vero longa sunt & rotunda minus de corpore subjecto comprehendunt, proptereaque facilius dividere queunt, ut habet Aristoteles 4. de cælo, r. 45.

1. Materia remota sunt Elementa, proxima exhalatio vaporosa. 3. Met. c. ult. & 4. Met. c. 8. quæ nihil est aliud, quam materia lenta ductilis, terrestris. Facit metallica omnia exhalatio vaporosa cum includitur, & maximè in paludibus propter siccitatem in unum coarctatur & concretit veluti ros & pruina, ait Aristoteles 3. Met. c. ult. Chymici metallorum materiam proximam dicunt esse Sulphur & argentum vivum, quod aliàs apud Chymicos Mercurius appellatur.
2. Forma non est anima. Sunt enim metalla corpora similia, qualia non sunt animata, nec aluntur, quod tamen animatorum est proprium. 1. M. M. c. 4. Siquidem non augentur per alimenti internam assumptionem, sed saltem per externam materiæ appositionem & agglutinationem.
3. Efficiens est 1. calor, qui attenuat, coquit, & temperat materiam. 2. frigus, quod materiam ritè preparatam condensat & congregat.
4. Locus autem generationis est in ipsa terra: 3. Met. c. ult.

2. Lapidés, de quibus notari debet

1. Quid sint. Sunt vero lapides corpora perfectè mixta inanimata, dura, ex exhalatione sicca, & humido aquoso, glutinosa, vi caloris & frigoris conglutinata. Lapidum proinde

2. Distinctiones. Sunt n. lapides
1. Porosi, qui ex partibus non benè compactis constant, ut pumex, in cujus poris amplioribus quia multum aëris continetur, super aquas & undas fertur. Aëris enim inclusi natura super aquam fertur, ut aëri toti jungatur, ut tradit Arist. 2. de plant. c. 2.
  2. Solidi, qui ex partibus densioribus & magis compactis constant: quam etiam ob causam non supernatant; Sicut & inter ligna Ebenus non supereminet. 4. Meteor. c. 7.

1. Materia remota sunt 4 elementa; proxima est exhalatio sicca, glutinosam humiditatem habens admixtam; Plus a. de terrâ participant, quam de aqua 4. Met. c. 8.
2. Forma non est anima. Non enim aluntur. 1. M. M. c. 7.
3. Effic. est calor, qui humidum unctuosum percoquit, & portiones terræ & aquæ aprè contemperat, itemque frigus, quod humidum abundans exprimit, materiamque constringit & condensat.
4. Locus generationis est vel terra vel aqua. Itemque animal.

Preciosi, qui ob insignem puritatem suam majorem in se continent virtutem ac in majori habentur precio. Cujusmodi sunt

1. Adamas, qui quamvis adeò durus est, ut ne ferrei quidem mallei ictibus cedat, tamen hirci calido & recenti sanguine solvitur, herbas ob solutivas, quas prius hircus devoravit. Debilitat vim attrahendi ferrum in magnete, si juxta ferrum ponitur.
2. Sapphirus, qui contra venenum prodest, & ulceribus pestiferis impositus venenum attrahit, ac à Venereo & impuro gestatus nitorem amittit.
3. Hyacinthus, qui annulo inclusus aut de collo suspensus contra pestem prodesse, corroborare, somnum conciliare, ac ad abortum inclinare existimatur.
4. Smaragdus, qui venena pellere, venenatorum animalium morsus curare, castitatem juvare, cuti illius, qui venerem exercent, admotus, dirumpi, mulieris coxæ alligatus partum promoveri, ventri vero impositus, partum retinere perhibetur.

5. Car-

A

B

C



Tab. IX.

- A B
5. Carbunculus, qui omnium aliarum gemmarum vires in se continere, ac quasi Sol inter gemmas existimatur.
  6. Rubinus, qui venena fugat, putredinique resistit.
  7. Jaspis, qui omnem sanguinis fluxum prohibere, contra venena prodesse, & parturientibus opitulari creditur.
  8. Topazius, qui vulneribus applicatus sanguinem fluentem statim sistere, ferventes aquas, ubi injectus fuerit, tepidas reddere, viresque pro incremento & decremento Lunæ variare perhibetur.
  9. Amethystus, qui umbilico impositus vini vapores dissipare, ebrietatemque solvere creditur.
  10. Turcois s. Turcosa gemma, quæ cor ac spiritus roborare existimatur.
  11. Granatus, qui cor confortare, melancholiam pellere, lætitiâ inducere ac timorem fugare dicitur.
  12. Berillus, qui collo appensus omnes ægrotudines ex capitis humore provenientes tollere, humentibusque oculis prodesse creditur.
  13. Sardius lapis, qui sanguinis fluxum sistere, animo que lætitiâ conferre putatur.
  14. Magnes, qui ferrum attrahit: quod si ferrum fuerit rubiginosum aut succo allii aut caparum oblitum, non attrahit.
  15. Margaritæ, quæ in ventre conchæ marinæ generantur, cor roborant, cerebrum confortant, ac venenis resistunt.
  16. Corralia, quæ ex planta marinâ generantur, sunt vel alba vel nigra vel rubicunda, quæ sunt nobilissima, quorum benè tritorum scrupuli dimidium ubi deglutitum fuerit ab infante recens-natô, ab Epilepsiâ immunis esse dicitur.

- Vulgares, qui minus puri sunt, minori que pollent virtute. Cujusmodi sunt
1. Marmor, quod est lapis solidus, nitidus, variisque coloribus præditus.
  2. Saxum, quod est lapis magnus & solidus.
  3. Silex, qui est lapis durus, in fluviis maximè repertus.
  4. Pyrites, qui est lapis solidus, chalybis attritu ignem edens.
  5. Cos, qui est lapis durus ferrum acuens.
  6. Coticula seu lapis Lydius, qui est lapis durus, quo aurum & argentum probatur.
  7. Smiris, qui est lapis durus, quo vitrum finditur.

1. Quid sint. Sunt vero Mineralia media, quæ mediam naturam inter lapides & metalla habent.

3. Mineralia Media, de quibus notari debet

2. Species quæ sunt

1. Terra, quæ nõ ut elementum h. l. consideratur, sed ut mistum. Huc referuntur
  1. Argilla, quæ est terra tenax, pingvis & lenta, è qua fiunt figulina vasa.
  2. Marga, quæ est terra alba, pingvis, terræque quasi adeps.
  3. Creta, quæ est terra tenax, alba, ita vocata, quia in Insula Creta magnâ copiâ effoditur.
  4. Terra Lemnia, quæ est terra rubens in Insula Lemno effossa, cujus utilitas contra pestem & malignos morbos magna est. Vocatur etiam terra sigillata ab impresso sigillo.
  5. Terra armenia, quæ est terra pallida in Armenia effossa egregiè siccans. Utilis est contra pestem, dysenteriam, sanguinis expuitionem catarrhos, &c.
  6. Gypsum, quod est terra candida, levis, tenax, ex summâ tellure effossa.
2. Sal, qui est
  - Communis, cujus usus in condiendis cibis est.
  - Peculiaris, cujusmodi est Nitrum, quod est Sal pingvis & Sulphureus ad muros vel petras natus: Item Sal Indicus. Huc revocari quoque possunt alumen & vitriolum.
3. Sulphur, quod est artificiale vel naturale, quo pertinent Arsenicum Antimonium, &c.
4. Bitumen, quo est succus terræ lentus & tenax pici non absimilis. Estque vel liquida vel concretum.

Tab. X.

Tab. X. De Plantis.

Post corpora perfecte mista inanimata, sequuntur corpora perfecte mista animata, inter quæ sunt plantæ, de quibus notari debet

1. Quid sint. Sunt vero plantæ corpora animata vegetantia. Quicquid enim alitur, id animatum est. Plantæ aluntur, 1. de plant. c. 1. Non tamen inde sequitur, plantas esse animalia; nec rectè colligit è foliorum defluvio & incremento Anaxagoras, illis sensum voluptatem atque dolorem inesse l. c. plantæ enim nec appetitum nec sensum, habent, nec partem, quæ sentiat. 1. de plant. c. 1. Quare etiam nec vigilant, nec dormiunt, sicut animalia, quæ, dum aluntur, vapor ab alimento ad caput adscendit, indeque somnus illis accidit; absunt autem eo vigilia redit 1. de plant. c. 2. Nec diversus in plantis datur sexus, nisi quis masculinum velit sexum appellare arbores duriores ac frigidiores; foemineum vero debiliores & foecundiores, cum Arist. 1. de plant. c. 2.

2. Propagatio. Propagantur autem plantæ

- 1. Mediante semine 1. de plant. c. 6 quod in terram projectum humidam emolitur, & propter humorem influentem rumpitur.
- 2. Sine semine manifesto, quando fit putrefactio in humido & halituoso loco. 2. de plant. c. 4.
- 3. Translatione, quando radicitus evelluntur & alium ad locum deferuntur 1. de plant. c. 6.
- 4. Infitione l. c. quando pars plantæ terræ aut trunco inter lignum & corticem inseritur. Inseritur autem surculus
  - Similis in truncum similem, ut cum cerasi surculus in similem inseritur truncum; &
  - In diversum, ut cum silvestri trunco surculus hortensis inseritur 1. de plant. c. 6.

3. Locus. Nascuntur autem plantæ aliæ in terra, inter quas quædam domesticæ, quædam vero silvestres 1. de plant. c. 4. aliæ in aqua & stagnis l. c. Quæ autem per superficiem aquæ nascuntur, non aliunde, quam è crassitie aquæ fiunt. Nam dum calor aquam quiescentem attingit, provenit super ea aliquid nubi simile, quod parum aëris in se continet, humoremque illum putrescentem calor per superficiem aquæ expansus attrahit, unde planta fit radicem non habens, quæ in duris terræ partibus fixa sit. 2. de plant. c. 4.

4. Corruptio. Quia enim in omni plantarum specie calor est & humor naturalis, ideo illis absumentis infirmantur plantæ, senescunt, intereunt, & marcescunt. 1. de plant. c. 2. Corruptuntur autem plantæ vel naturali modo, vel violento, à nimio scil. frigore vel æstu, vel secundum Torum, vel secundum partes,

5. Species, quæ sunt

- 1. Arbor, quæ est planta, è cuius radice truncus prodit. Huc referri quoque potest frutex, quæ quasi arbor parva est. ut Sambucus.
- 2. Herba, 1. de plant. c. 4. quæ est planta, è cuius radice prodit caulis, vel solum folia. Huc refertur etiam olus.

6. Partes inter quas aliæ

- Simplices s. similes 1. de plant. c. 3. Cujusmodi sunt
  - 1. Succus, 1. de plant. c. 3. qui est pars liquida in plantarum substantiis hinc inde diffusa, idemque, quod sanguis in animalibus, præstat in plantis.
  - 2. Lacrimæ, quæ sunt humores sponte suâ ex plantis prodeutes ut gummi & resina. 1. de plant. c. 3. ab Aristot. 1. de plant. c. 2. vocatur Lac.
  - 3. Caro, quæ est crassior arboris substantia cum carne musculosa animalium convenientiam habens.
  - 4. Fibræ 1. de plant. c. 3. quæ sunt partes longæ & fissiles per totam plantam excurrentes, quemadmodum venæ & fibræ in animalibus.
  - 5. Cortex, quæ est pars plantæ exterior, & similis est juxta suæ naturæ modum cuti animalium. 1. de plant. c. 3.

1. Radix, quæ est infima plantæ pars & vitæ causa nominatur, quia plantis vitam adducit. 1. de plant. c. 4. Assimilatur ori animalis 1. de plantis c. 3. quia, sicut animal per os, ita planta per radicem alimentum assumit. Arborem duram corticem habentem & sterilem, si ejus radix scinditur, & fissuræ lapis immittitur, frugiferam fieri tradit Aristoteles 1. de plant. c. 6.

2. Truncus s. caudex, qui est plantæ pars à radice supra terram assurgens, & staturæ hominis assimilatur 1. de plant. c. 4. In herbis vocatur illa pars caulis.

3. Ramus,

A

B

C

Tab. X.

A

B

Compositæ sive  
dissimilares. 1.  
de plant. c. 3.  
Cujusmodi sunt

3. Ramus, qui est plantæ pars à trunco se hinc inde diffundens, & brachio assimilari potest. Hujus partes exiliores furculi vocantur.
4. Medulla, quæ est pars interior & media plantæ ex carne & humore constans; alii vocant cor, alii viscera, alii matricem 1. de plant. c. 1.
5. Folia 1. de plant. c. 3. quæ sunt partes furculis adhærentes, ex humore superfluo prodeuntes, ac crinibus animalium assimilantur. 1. de plant. c. 3. Hinc, in quibus arboribus est humor aqueus & minùs calidus, illæ folia lata habent, quæ tempore hiberno s. autumnali caloris ob defectum amittunt: In quibus verò humor pingvis est & calidus, angusta habent folia, quæ tempore hiberno retinent. Causa hujus affectûs (sc. calvitiei) inopia humoris calidum est, qualis præcipuè est humor pingvis; quocirca plantæ, quæ pingves sunt, perpetuâ fronde virent, ait Arist. 8. de gen. animal. c. 3. Finis foliorum est, ut humorem attrahant, & contra Solis vehementiam fructus protegant. 2. de plant. c. 7.
6. Flores, qui ex subtili sunt materia, prorumpuntque, cum digestio incipit. 2. de plant. c. 9. Finis florum est, ut fructus primùm prodeuntes includant, eosdemque contra calorem, pluvias, & alias aëris injurias defendant.
7. Fructus, inter quos alii nudum semen habent, ut fabarum fructus, alii semen unâ cum carne, ut poma; alii ex paucioribus, alii ex pluribus constant partibus. 1. de plant. 3.
7. Finis. Est verò planta omnis tam herba quàm arbor propterea, ut animali inserviat, ac ipsi alimentum & medicamentum conferat. Planta enim non propter plantam (quæ est imperfectior, quàm animal. 1. de plant. c. 2.) creata est, sed propter animal, ait Aristot. 1. de plant. c. 2. Huc pertinet, quod dicit Arist. 1. Polit. c. 1. Existimandum est, plantas animalium esse gratiâ, & cætera animalia hominum causâ; mansveta quidem propter utilitatem & cibum; fera verò, etsi non omnia, plurima tamen illorum, propter cibum & alia adjumenta, ut & vestis & cætera instrumenta ex illis fiant.

Tab. XI.

Tab. XI. De Animalibus.

Post plantas agendum est de Animalibus. De quibus notari debet

1. Quid sint? Sunt verò animalia corpora animata sentientia. Animal enim sensu definitur 3. de part. animal. c. 4. quò à plantis differt. 2. de gen. an. c. 5.
  1. Homo, qui est animal rationale s. substantia corporea, animata, sentiens, rationalis: Estque inter animalia homo prudentissimus 2. de gen. an. c. 6. & 4. de part. an. c. 10. solusque erectò incedit corpore, quia intelligit, & substantiam divinam habet l. c. ac multum caloris continet. 2. de part. an. c. 7. Ejus proprium est loqui. 4. de hist. an. c. 9. & 5. de gen. animal. c. 7. Nam Psittacus & pica non intelligunt id, quod loquuntur, quod tamen ad veram locutionem requiritur. Inter homines etiam sunt pygmæi, quorum mentionem facit Arist. 2. de gen. animal. c. ult. & 8. de hist. animal. c. 12.
  2. Brutum, quod est animal irrationale.
    1. Sangvinea, ut Leo, qui turpe putat fugere, proptereaque, ubi venatorum multitudini cedere cogitur, sensim discedit, crebrò subsistit ac respectat l. 9. de hist. animal. c. 44.
    2. Exsangvia, ut apes l. de hist. animal. c. 4. quæ mundissima sunt animalia, proptereaque, cum alvum exonerare debent, avolant, & in secessu excrementum reddunt. Ipsæ sibi cibaria faciunt, quæ mel sunt, quod ex floribus conquiritur, cruribus suis congerunt. Ubi quædam interierit, statim foràs cadaver educunt; opera inter se partiuntur, aliæque favos conficiunt, aliæ expoliunt, aliæ mel, aliæ aquas important, aliæ aliud faciunt. 9. de hist. an. c. 4. Huc pertinent & vespæ, crabrones & similes.
    3. Aquatilia, quæ in aquis degunt, inter quæ quædam ex humore victum petunt, nec extra aquam vivere possunt, ut pisces plurimi; quædam verò in aquis degunt, ita tamen, ut & extra aquas vivere possint, ut mergi &c. l. de hist. animal. c. 1.
    4. Natatilia, inter quæ alia natatilia tantum sunt, ut pisces l. de hist. an. c. 2. quædam insuper & volatilia & gressilia, ut aves nonnullæ.
    5. Terrestria, inter quæ, quæcunque pulmonem habent, respirant, quæ pulmone non prædita sunt, respiratione carent, ut apes, vespæ. l. de hist. an. c. 1.
    6. Volatilia, inter quæ alia pennis volant, ut aquila; alia membranâ siccâ, ut apes, alia cute, ut vesperilio l. de hist. an. c. 5. alia noctu vagantur, ut noctua, vesperilio, alia interdiu, ut pleræque aves. l. de hist. an. c. 1.
    7. Pedestria, inter quæ alia sunt gressilia, ut homo, canis; quædam reptilia, ut serpentes l. de hist. an. c. 1. Alia duos, alia quatuor, alia plures habent pedes.
    8. Πολιτικά s. civilia, quorum opus communi efficitur operâ, ut homo, apis, formica, vespa, grus, inter quæ alia sub Duce degunt, ut apes l. de hist. an. c. 1. quarum Reges foris non videntur, nisi cum migrant, ubi circa eos se agglomerant, 9. de hist. an. c. 40. alia sub Duce non sunt, ut formicæ l. de hist. an. c. 1.
    9. Σποραδικὰ s. incivilia, quorum opus communi non efficitur operâ l. c.
    10. Ζωοτόκα s. vivipara, quæ animal vivum intra se concipiunt, illudque pariunt, ut, Elephas, homo, equus. Inter hæc quædam unum, quædam verò plura simul ferunt, ut Sues.
    11. Ωοτόκα s. ovipara, quæ prius ova pariunt, ex quibus deinceps animalia excluduntur, ut aves & pisces l. de hist. an. c. 5.
    12. Muta, quæ vocem edere nequeunt, ut pisces, quò etiam referimus, quæ strepitum tantum edunt, ut muscæ.
    13. Vocalia, inter quæ alia loqui possunt, ut homo, alia vocem solam nullis literis exprimendam edunt, ut bos, canis. l. de hist. an. c. 1.
    14. Mansveta, ut homo, equus.
    15. Fera, ut leo, lupus, l. de hist. an. c. 1.
    16. Κερατοφόρα s. cornigera; quæ autem cornua gerunt, bisulca magnâ ex parte sunt per naturam, ut bos, cervus, caper 2. de hist. an. c. 1. illaque non nisi in capite gerunt 3. de part. an. c. 2.
    17. Ruminantia, quæ superiore dentium ordine carent, ut boves, oves, capræ, 9. de hist. an. c. ult.
    18. Insecta, quæ incisuris distinctum corpus habent, ut apes, vespæ l. de hist. an. c. 1.
    19. Μονόχροα s. unicolora, quorum genus totum unum habet colorem, ut corvus, cygnus, 5. de gen. an. c. 6.
    20. Ολόχροα s. toticolora, quorum corpus totum eundem quidem habet colorem, sed non omnium eundem, ut bos totus albus est, & totus niger. l. c.
    21. Πολύχροα, quæ unum colorem non habent, sed varium l. c.

4. Sexus

A

Tab. XI.

A4. Sexus. Inter animalia enim alterum mas, alterum foemina est. 4. de hist. an. c. 21. Vocatur autem mas illud, quod in alio generare potest, foemina, quod in seipso generare potest. 1. de gen. an. c. 2. Licet à se invicem non differant specie mas & foemina, 1. de gen. anim. c. 23. tamen tam in genere hominum, quàm aliorum animalium inter marem & foeminam intercedunt differentia. Differunt enim 1. Voce. Vox enim foeminae est tenuior & acutior, quàm maris, vaccis exceptis, quibus gravior vox est, quàm maribus in illo genere 5. de hist. an. c. 21. Differunt 2. robore. Foemina enim est infirmior, mas robustior. l. c. Differunt 3. pilis. Pilum enim habet tenuiorem foemina, & id, quod pilis in quibusdam respondet, ut penna, squama, quàm mas l. c. Differunt 4. carne. Caro enim humidior est foeminae, quàm maris. l. c. differunt 5. membris defensoriis. In quibusdam enim animalium generibus cornua concessa maribus, ut cervis, quæ tamen foeminis denegantur 3. maribus in genere avium calcaria, quæ rursus foeminis denegata: maribus in genere suum dentes sunt exerti, foeminis autem non sunt. Quod si utrique sexui hæc membra data sunt, maribus potiora sunt, ut cornua tauris robustiora, quàm vaccis l. c. Differunt 6. calore & frigore. Mares enim sunt calidiores, foeminae frigidiores, 4. de gen. an. c. 1. Unde & foeminis vacans illa materia est, & excrementum occisi animalis sanguini non multum ab simile; quod & in adolescentulis interdum album, 7. de hist. an. c. 1. & menstruum, vocatur, eâ parte exitum habens, quâ natura ad rem Veneream utitur, 4. de part. an. c. 10. Fluere incipiunt menstrua, cum pubertas adest; quæ adesse intelligitur, cum vox in graviolem mutari incipit, & mammae ad duos prominent digitos 7. de hist. an. c. 1. cumque Luna decrefcere incipit, communiter profluunt. Unde nonnulli foemineum sexum cavillaturî, foeminas Lunæ tribuunt, qua illâ decrefcente illæ purgentur; crescente verò iterum replicantur 7. de hist. an. c. 2. Paucis singulis mensibus fluunt; uno autem interjecto plurimis: nonnunquam etiam nimio rei Venereæ desiderio ter in mense fluunt. Durat fluxus per duos vel per 3. dies: interdum etiam per tempus longius: quamdiu autem durat, foeminae laborant. Corpulentioribus minus menstrui effluit, quia materiam corpus ampliolem desiderat, 7. de hist. an. c. 2. Fluere desinunt, quando uterum ferunt: quod si vero & tunc fluxerint, parvus & minus vitalis foetus erit l. c. Sicut autem puellæ, quæ excrementis antea corporis abundant, saniores & vegetiores fiunt, menstrua quando fluere incipiunt. 7. de hist. an. c. 1. Ita, quando in non gravidis fluere cessant, morbos efficiunt. 4. de gen. an. c. 6. Fluere autem cessant ut plurimum circa annum 40. nonnunquam tamen usque ad 50. fluxus hic durat. 7. de hist. an. c. 5. Differunt 7. partibus genitalibus 1. de gen. an. c. 2. Differunt 8. moribus. Foemina enim in genere hominum magis timida, misericors, invida, ad lacrimas propensa, quærule, mordax, impudens, ignava, &c. minusque cibi desiderat, quàm mas 9. de hist. an. c. 1.

5. Partes, inter quas aliæ sunt

Similares s. simplices, quæ in similes sibi partes dividuntur, quarum rursus quædam molles sunt, ut sanguis, adeps sebum, medulla, semen, lac, caro &c. quædam vero siccae & solidæ, ut vena, nervus, pilus, ossa, cartilago &c. ac quæ illis proportionem respondent 1. de hist. an. c. 1. & 1. de part. an. c. 2.

Dissimilares s. compositæ. quæ in partes sibi dissimiles dividuntur 1. c. Cujusmodi sunt in homine caput, quod venter etiam supremus dicitur, thorax, qui venter medius, & venter, qui & venter infimus dicitur, idem manus, pedes. Hæ, ut & partes similes sunt specie similes, quando considerantur, prout in illis sunt quæ specie similia sunt, animalibus, ut oculus, nasus, caro, os hominis cum oculo, naso, carne, ore alterius hominis convenit; Similes genere sunt, prout in illis, quæ sub eodem genere sc. proximo sunt, ut caput, os, penna, aquilæ genere convenit cum capite, ossa & penna hirundinis, ut docet Aristot. hist. 1. 1. de hist. an. c. 1.

Tab. XII.

Tab. XII. De partibus animalium in specie.

Post partes animalium in genere consideratas, agendum est de illis in specie. Inter illas autem sunt

1. Ossa, quorum natura terrena est. 3. de part an. c. 2. & calore innato conficiuntur humore siccescente, quamobrem, ut testa in fornace calore excocta, igne resolvi nequeunt. 2. de gen. an. c. 6. cum ita calore exsiccata sunt, ut extendi amplius nequeant, animal non crescit amplius, quod, quamdiu viveret, cresceret, si ossa semper augerentur l. c. Data autem sunt ossa animalibus propterea, suâ ut duritiem mollem conservarent, quem etiam ob finem habetur id, quod ossibus proportione responderet, in illis, quæ ossibus destituta sunt, animalibus, ut spina in piscibus 1. de part an. c. 8. Huc pertinet 1. Cranium, quod est os capitis, cujus pars prior sinciput, posterior occiput, media vertex appellatur. 1. de hist. an. c. 7. Hoc circa os apparent futuræ quædam, gratiâ quæ capitis sunt, ut vapor perspirare possit. Si enim cerebrum nimium humidum vel siccum sit, suo non fungi potest officio, sed morbos deliria, mortemque affert. 2. de part. an. c. 7. In maribus inter homines tres se ostendant futuræ, in fœminis unica 1. de hist. an. c. 7. & 3. de hist. an. c. 7. In quibus nullæ aut exiguæ apparent, magis doloribus capitis obnoxii esse solent 2. Dentes, qui ad cibi confectionem quibusdam unicè dati sunt, quibusdam insuper ad pugnam, ut quibus exerti dentes sunt 2. de part. an. c. 9. aliquando conascuntur, Homines autem dentire demum incipiunt mense à partu septimo, ubi acuti, prius qui sustinent officium divisionis, etiam prius prodeunt, lati, ut ad molendum destinati, posteriùs. 5. de gen. an. c. 8. Ut plurimum 32, in homine reperiuntur in utraque maxilla. 3. Maxilla, quadruplex est 1. de hist. an. c. 2. 4. Scapulæ 1. de hist. an. c. 15. 5. Spina dorsi, quæ data est, ut longitudinem ac rectitudinem animalium contineat. Ut enim animal se inflectere possit, sit continua & vertebriis variis distincta. 2. de part. an. c. 9. 6. Costæ 1. de hist. an. c. 15. In genere hominum tam masculino, quàm fœminino 24. dantur. Ossa brachii. 8. ossa manuum. 9. ossa pedum.
2. Medulla, quæ est sanguinei alimenti concocti excrementum, ossibus inclusum, ut illa nutriat. Sanguinea prius est, ut in ossibus apparet embryonum; Fœtu autem roborato & illa roboratur & dealbatur. Quæ robusta & solida habent ossa, ut Leones, parum medullæ ob inditi caloris excessum habent, 2. de part. an. c. 6. & 3. de hist. an. c. 20.
3. Sanguis, qui natura suâ humidus est & calidus, ultimumque sanguineis animalibus alimentum 2. de part. an. c. 3. quamobrem, quoties cibus non assumitur, deficit sanguis, quoties assumitur, augetur, & si alimenta bona assumuntur, sanguis bonus fit, si prava, vitiosus. l. c. Cervorum & damarum sanguis profluens non concrevit, aliorum verò animalium concrevit, nisi fibræ, quibus refertus est, eximantur. 5. Ut enim, si ex luto terrenam portionem detraxerit, aqua non concrevit: Ita sanguis fibræ detractis incongelabilis manet. 2. de part. an. c. 4. Pars sanguinis aquosa, quæ concocta nondum est aut corrupta, *ixwè* seu sanies vocatur. l. c.
4. Caro, quæ est pars communis omnibus animalibus sanguineis, inter cutem & ossa interjacens. Pariter in animalibus sanguine destitutis se habet id, quod carni proportione responderet. 3. de hist. an. c. 16.
5. Venæ, quæ sanguinis sunt receptacula & vasa, cujusque gratiâ sunt, 3. de part. an. c. 5. Duæ autem sunt venæ principales, vena magna s. cava, ut vena portæ, inter quas posterior chylum excipit, & ad epa transfert: Prior vero per totam animalis longitudinem excurrens sanguinem ex epate ad omnium partium nutrimenta defert. Procedunt venæ ex amplioribus in minores, donec ita arctantur, ut sanguinem transmittere nequeant; quamobrem nullus sanguini exitus patet. Patet interim exitus excremento vaporis humidi, quod sudorem vocamus, corpore calefacto & venarum clausulis patefactis. Corpus ubi laxum est & fluxum, sanguisque præ cruditate humescit ob caloris imbecillitatem, fieri potest, ut cruentum quis humorem exsudet, 3. de part. an. c. 5.
6. Cerebrum, quod natura suâ humidum & frigidum est 2. de part. an. c. 7. situmque in priore capitis parte habet 1. de hist. an. c. 16. Subjectum est spiritus animalis, qui omnis sensationis motusque est principium. In homine major est cerebri copia, quàm in reliquis animalibus proportione habitâ, & in maribus adhuc major, quàm in fœminis, quia, secundum Arist. mares sunt calidiores, fœminæ frigidiores. In quibus cerebrum frigidius est, quàm modicum temperamentum postulat, in illis fluxiones capitis efficiuntur. Uti enim vapor à calore in altum eductus & à frigiditate loci constrictus imber fit ac defluit, à frigore ubi resolvitur: ita & alimenti excrementum calore ad cerebrum delatum, ejusque frigore constrictum & resolutum, pituitæ fluxiones efficit 2. de part. anim. c. 7. Somnus etiam à cerebro proficiscitur, ad quod vapores alimenti ascendentes caput grave reddunt l. c. quapropter & adsumto cibo maxime somni fiunt, cum repente tunc multa humiditas & corpulenta sursum feratur. l. de somno & vigil. c. 3.
7. Sebum & adeps, quæ duo in eo conveniunt, quod excrementum sunt sanguinis boni concocti in substantiam membrorum, quod nequit assumi ob aëreæ & igneæ naturæ excessum, quam indicat color albus, in concipiendo igne facilis, & id, quod supra aquam fertur: in eo tamen differunt, quod sebum magis est terreum, proptereaque non tantum ipsum, sed & juscula illo prædita citius congelascunt, magisque cornuta id habent: Steriliora sunt ex animalibus, quæ sunt obesiora, propterea, quia id, quod semini materiam conferat, omne in pinguedinem convertitur. 2. de part. an. c. 5.

Tab. XII.

- A8. Cartilago, quæ mediam inter carnem & ossa naturam habet 2. de part. an. c. 9. carni-  
que adjuncta est, ne ipsi ossa dolorem afferant.
9. Epar, quod omnibus sanguine præditis inest. 3. de part. an. c. 4. ac in latere dextro si-  
tam habet. 3. de part. an. c. 9. sanguisque instrumentum generativum est; Est enim  
primum membrum, quod chylum convertit in sanguinem, nullumque ex iis, quæ  
alimentum continent, reperitur, quod sanguinem contineat, antequam ad epar per-  
venerit. Stomachus enim cibum convertit in chylum, quem ad intestinum dein-  
ceps expellit, unde epar illum per venam attrahit, ubi in naturam sanguinis conver-  
titur, ut l. 3. de part. an. commentatur Averroës. Generantur & ibidem Spiritus  
Naturales.
10. Cor, quod itidem animalibus sanguineis membrum est necessarium ac in medio po-  
situm, licet in genere hominum mucrone ad sinistram quodammodo vergere videa-  
tur 3. de part. an. c. 4. Ventriculos habet tres: inter quos maximus, qui est in latere  
dextro, minimus, qui est in sinistro, mediocris, Medius inter dextrum & sinistram 1.  
de hist. an. c. 17. & 3. de part. an. c. 4. Cor durum & spissum quæ habent, hebetia-  
sunt; mollius quæ habent, sensu pollent: quibus cor est grandius, pavida sunt: qui-  
bus minus autem mediocre, audaciora l. c. Domicilium est spiritus vitalis & subje-  
ctum pulsus l. de resp. c. 20. quem postea arteriis communicat. Sunt circa cor vena  
magna & aorta. 3. de part. c. 5.
11. Pulmo, qui respirationi inservit, illisque datus est animalibus, quæ caloris refrigera-  
tionem desiderant, quæ aëre fit in illis, quæ pulmonem habent; in illis verò, quæ pul-  
monis locò branchias possident, aqua perficitur. 3. de part. an. c. 6.
12. Diaphragma s. *Μάζωμα*, quod cor & pulmonem à reliquis membris concoctioni in-  
servientibus determinat, ne exhalatione cibi & caloris adventitii copia membra læ-  
dantur principaliora. 3. de part. an. c. 10. Galenus etiam pectus hujus membri bene-  
ficio in respiratione attolli existimat, ut habet Averroës.
13. Renes, qui non omnibus insunt animalibus, cum nec pennata nec squamata illos ha-  
beant 3. de part. an. c. 9. Dati sunt, ut excrementum, quod in vesicam cedit, adju-  
vent. 3. de part. an. c. 2. Bipartiti sunt, quia corpus bipartitum est l. c. dexter minus  
pinguis est, quia natura partis dextræ siccior est & mobilior. 3. de part. an. c. 9. Gene-  
rantur in illis calculi. l. c.
14. Lien, qui in sinistro latere est positus 1. de hist. an. c. 17. habetur, ut vacantes vapo-  
res devertat & atram bilem ex jecore attrahat, quam innato suo calore concoquit.  
3. de part. an. c. 7.
15. Fel, quod majori animalium parti, quibus sanguis est, inest. 4. de part. an. c. 2. Estque  
nihil aliud, quam excrementum sanguinis ex epate ad vesiculam felleam derivatum,  
quod aliàs flava bilis vocatur, & sapore amarum est.
16. Pituïta s. *Φλέγμα*, quod est primi alimenti utilis excrementum 1. de gen. an. c. 18. in  
Epate genitum, ex aquosis chyli partibus, in venis existens, ut unà cum sanguine nu-  
triat.
17. Lac, quod non est pars connata 3. de hist. an. c. 20. nec pus album 4. de gen. an. c. 8.  
Sed sanguis concoctus l. c. eandem cum menstruis naturam habens, datum illis ani-  
malibus fœminis animal intra se generantibus, alimenti externi gratiâ. l. c. In mari-  
bus & fieri potest lac. 1. de hist. an. c. 12. quamvis rarò fiat. Lac post dies 30. & 40. à  
conceptionis tempore in fœminis haberi incipit, quod tamen septimo demum men-  
se fit utile 7. de hist. an. c. 3. & 4. de gen. an. c. 8.
18. Mammæ, quæ cordis in homine quasi operimentum sunt. 4. de part. an. c. 10. in fœ-  
minisque insuper lactis vasa & conceptacula 4. de part. an. c. 11. à quibus adjunctæ  
sunt pupillæ, per quas lac transmittitur in fœminis 1. de hist. an. c. 12. In puellis ma-  
gna est mammarum diversitas, cum in aliis magnæ, in aliis verò admodum exiguæ  
appareant. Magnæ autem fiunt, quando in ætate tenerâ adhuc existentes, humori-  
bus excrementitiis abundant, quæ, quò plura sunt, menstruis nondum profluenti-  
bus, eò magis efferuntur, sursumque ad mammæ impelluntur, quas extendunt, do-  
nec infrâ erumpant: quod tamen interim incrementum cepere, postea servant. 7. de  
hist. an. c. 1. Totæ fungosæ sunt, ita ut si in poculo pilum fortassè hauserit mulier,  
dolor in mammis excitetur, nec tranquilletur, donec pilus exierit. Vocatur hic mor-  
bus *πριζία* s. malum pilare. 7. de hist. an. c. XI.

Tab. XII.

- A 19. Cutis, quæ est pars similis carne siccescente producta 2. de gen. an. c. 6. Ætate in-  
 gravescente efficitur durior ac crassior. 5. de gen. an. c. 3. In homine maximè tenuis  
 quia est, ideò à Sole vel flatu nigrior redditur facilè. 5. de G. A. c. 5.
20. Nervi, qui omnibus, quibus sanguis est, dati sunt, fiuntque calore interiore humore  
 siccescente 2. de gen. an. c. 6. Humor enim circa illos albus & glutinosus existit, quo  
 nervi & nascuntur & aluntur 3. de hist. an. c. 5. Continui, ut venæ, non sunt, sed di-  
 ducti & distracti ad artus & flexus ossium passim applicantur. l. c.
21. Fibræ, quæ inter nervum & venam suam habent naturam, ac à nervis ad venas, ac in-  
 de ad nervos tendunt 3. de hist. an. c. 5. Dantur & fibræ in sanguine, quibus extra-  
 ctis sanguis non spissatur l. c.
22. Corgulum, quod est lacti coagulato non absimile 3. de part. an. c. ult.
23. Membranæ, quibus viscera includuntur, quæ datæ sunt, ut illa protegant, quapro-  
 pter extensæ sunt, ut noxia arcere possint, carneque vacant, ne vapores attrahant,  
 & tenues sunt, ne pondus adferant. Robustissimæ autem sunt, quæ cor & cere-  
 brum ambiunt, quæ duo, ut principaliora, maximè defensione opus habent 3. de  
 part. an. c. XI.
24. Pilus, qui ex humore fit excrementitio, datus est, partim, ut excrementum absumat,  
 partim, ut operimentum sit, quapropter caput hominis pilis abundat, ut à nimio  
 calore & frigore defendatur. 2. de part. an. c. 14. Longus fit, ubi humor multus  
 est aut pinguis: Crispus fit, ubi exhalatio præ suâ caliditate & siccitate est fumosa;  
 tunc enim, quia terrenum deorsum, & calidum sursum fertur, inflectitur & in-  
 torquetur: aut ubi parum humoris, multum terrenæ portionis est: tunc enim pi-  
 li resiccati ab ambiente aëre contrahuntur, quemadmodum cum igne aduruntur:  
 Simplex fit, ubi humor fluidus est, 5. de gen. an. cap. 3. Crassus fit, ubi cutis est  
 crassa, & humor pinguis: tenuis fit, cum cutis est tenuis & humor aquosus l. c. Pa-  
 riter pro humoris & cutis diversitate diversos induit colores. Flavus fit, quando  
 humor est biliosus: albus, quando humor est pituitosus; niger, quando humor  
 atrâ bile abundat: ruffus, quando mediam in bilem & phlegma naturam habet.  
 Canescit propter inopiam & exilitatem caloris, quæ in causa est, ut humor putre-  
 scat à calore aëris ambientis, ex quâ putredine canities oritur. Tempora autem  
 canescunt prius, quia sinciput multum humoris propter cerebri præsentiam con-  
 tinet: quod verò multum est, facilè non putrescit: occiput verò parum humoris  
 tenet: Temporum at in pilis, nec tam parum est humoris, ut concoqui possit, nec  
 tam multum, ut putrescere nequeat, 5. de gen. anim. c. 4. Pilos homo amittit  
 ac calvescit propter inopiam humoris calidi; quapropter & priore capitis parte  
 plerumque calvescit, quia ibidem cerebrum, quod suâ naturâ frigidum, subsidet  
 5. de gen. an. c. 3. Inter pilos hominis alii sunt congeniti, ut capitis, supercilio-  
 rum, alii postgeniti, ut pubis, alarum & menti. In mento mulieris pili non pro-  
 deunt, nisi pauci, cum menstrua substiterunt. 3. de hist. an. c. XI.
25. Supercilia, quæ in duas partes sub fronte divisa, & à natura eum in finem data, ut de-  
 labentes humores arceant. 2. de part. an. c. 15. In rectum hæc si porriguntur, mol-  
 lem animum subesse significant: si juxta nasum inflexa sunt, austerum notant ac  
 acerbum: si juxta tempora inflectuntur, derisorem ac dissimulatorem indicant:  
 in totum demissa, notam invidiæ habent. 1. de hist. an. c. 9.
26. Cilia, quæ sunt pili extremo palpebrarum ambitui adhærentes. 1. de H. A. c. 9. dati, ut  
 quasi vallum promineant contra incidentia in oculos. 2. de P. A. c. 15.
27. Palpebræ, quæ sunt partes oculum suprâ & infrâ tegentes 1. de H. A. c. 9. datæ, ut in-  
 cidentia prohibere queant.
28. Oculi, qui dati sunt ob visum, quorum humor interior pupilla, quod eam ambit, ni-  
 grum, & quod nigrum ambit, albugo vocatur, 1. de hist. an. c. 9.
29. Nasus, qui organon olfactûs est, qui per spirationem efficitur. 2. de part. an. c. 10. In  
 avibus saltem meatus dantur.
30. Auris, quæ est organon auditûs, cujus pars exterior auricula & auris externa voca-  
 tur. Hæc avibus, quæ meatus tantum auditorios habent, non est data 2. de part.  
 an. c. 12.



Tab. XII.

31. Labra, quæ sunt caro perquam mobilis 1. de hist. an. c. XI. ac homini data, cum ad dentium defensionem, cum ad sermonis usum 2. de part. an. c. 16.
32. Os, quod est 1. ut per id cibus ac potus ingrediatur. 2. ut aer respirationis e. inducatur. 3. ut vox ac sermo fiat. 3. de part. an. c. 6.
33. Lingva, quæ homini ad sapes percipiendos data, & ad literas exprimendas. Aves etiam, quæ lingvam latiore habent, literas exprimere possunt, quæ aliàs eâ ad sui sensus mutuam interpretationem utuntur. 2. de part. an. 17.
34. Gula s. Oesophagus, qui est canalis, per quem cibus potusque ad stomachum fertur. Constat autem ex nervo, ut, cum cibus ingeritur, extendi possit, & ex carne, ut mollis sit & cedat, ne asperitate cibi descendens lædatur. 3. de part. an. c. 3.
35. Guttur s. Arteria, quæ ad spirandum & vocem formandam data est, quapropter & corpore constat cartilagosô 3. de P. A. c. 3. Ante gulam posita est, quapropter, si quid vel cibi vel potus in arteriam delabitur, strangulationes, tormina & tusses gravissimæ excitantur, l. c.
36. Collum, quod capiti subjacet in illis animalibus, quæ istud habent. Non enim omnia collum habent, sed illa tantum, quibus gula & guttur sunt 3. de P. A. c. 3. Colli pars posterior appellatur cervix 1. de hist. an. c. 12.
37. Pectus, quod à collo priorem situm bipartitum habet in homine 1. de H. A. c. 12. post illud dorsum est. 1. de H. A. c. 15.
38. Brachia, quorum partes manus sunt, quæ instrumenta optima sunt, ad multa utilia, 4. de part. A. c. 10. Pars manus interior appellatur vola, quæ carnosâ est, & scissuris, vitæ indicibus, distincta 1. de H. A. c. 15. Quinque & in manu sunt digiti, inter quos pollex brevis est & crassus, ut robustus sit, extremus minimus, medius longus, ob apprehensionis commoditatem 4. de P. A. c. 10. Extremitates ungues integunt & tuentur l. c. Eandem ob causam ungues pedum digitis afformati.
39. Venter s. stomachus, qui cibi conceptaculum est, in quo in chylum convertitur 3. de P. A. c. 14.
40. Intestina, quæ à ventre posita sunt & data, partim, ut cibum in chylum conversum aliquandiu retineant, partim, ut excrementa excipiant. Ideo autem involuta sunt, ut cibus diutius ibi detentus perfectiorem capiat digestionem, & excrementorum quantitas certa colligi possit, ne perpetuò egestio fiat, 3. de P. A. c. 14.
41. Umbilicus, per quem fœtui uterò incluso accedit alimentum, sicut per radicem plantæ 2. de gen. an. c. 4.
42. Vesica, quæ humidi excrementitii inutilis vas est ac conceptaculum, ad quam etiam sicca quædam excrementa descendunt, unde calculi generantur. 3. de P. A. c. 8. & 3. de H. A. c. 15.
43. Semen, quod est ultimum alimenti sanguinei excrementum utile 1. de gen. an. c. 8. Non ex omnibus corporis provenit partibus. l. c. Actu animatum non est, sed potentiâ tantum 2. de G. A. c. 3. Album est, & calore & spiritu plenum 2. de G. A. c. 2. Perfectioni feminis inserviunt testes; emissioni penis; exceptioni matrix inservit.

Tab. XIII.

Tab. XIII. De Generatione animalium sanguinem habentium.

- I. Efficiens, quæ mas est, qui quatenus mas, in generatione agens I. de gen. an. c. 20. & 21. & causa efficiens animæ sensitivæ 2. de gen. an. c. 5. (non quidem rationalis, ut quæ, tanquam immaterialis & à corpore separabilis extrinsecus advenit 2. de gen. an. c. 3.) (Unde absq; mare impossibile est fœminam generare, licet ipsa & animam & materiam habeat l. c. sicut arca sine fabro effici nequit 2. de gen. animal. c. 6.) quia ille est principium, quod motus & generationis originem continet 1. de gen. an. c. 2. f. quod formam ac motus principium præbet. 1. de gen. an. c. 20. quod nihil aliud est, quàm semen maris 1. de gen. an. c. 22. (in quo est calor, qui non est ignis, sed spiritus calori Solis ac stellarum respondens 2. de gen. an. c. 3.) quo natura tanquam instrumento utitur 1. de gen. an. c. 22. Ut quod talem ac tantam in se continet motionem, quanta modicè ad quamvis corporis partem accommodetur. Nam si vel deficit, vel excedit, rem, quæ fit, vel deteriore efficit, aut læsam aut mancam, similiter, ut in illis agitur, quæ ad cibum aut alium usum foris igne coquuntur 2. de gen. an. c. 6. Nihil proinde refert, sive semen, sive id, unde semen, agere quis dixerit 2. de gen. an. c. 2. Licet enim ipse mas intrinsecè partes animalis non formet, cum fieri nequeat, ut moveat id, quod non tangit, ac aliquid afficiatur ab eo, quod non movet 2. de gen. an. c. 1. tamen exhibet semen, quod illud præstat. Semen autem tale ferre incipit ut plurimum anno peracto bis septimò, quo & pubescit. 7. de hist. an. c. 1. quod ad 60. aut etiam 70. usque annum habere potest. 7. de hist. an. c. 6.
- II. Materia, nim. in qua, quæ est fœmina, quæ qd. fœmina in generatione se habet, ut patiens, 1. de gen. an. c. 20. & corpus præbet atque materiam l. c. & quidem materiam tantum 1. de gen. an. c. 21. quæ semen est non purum 1. de G. A. c. 10. & 2. de G. A. c. 3. à femine maris diversum 1. de G. A. c. 21. quod ferre incipit circa annum ferè 12. Siquidem, quia fœmina frigidior est ac debilior, illi citius pubertas advenit, quam mari 4. de gen. an. c. 6. & ferre potest usque ad annum 40 & 50. 7. de hist. an. c. 5.
- III. Effectus, qui est *κίνησις* s. conceptus, qui nihil est aliud, quàm prima ex mare & fœmina mixtura 1. de gen. an. c. 20. quique, animal ubi perfectum est, vel mas est vel fœmina. 2. de gen. an. c. 4. Mas autem & fœmina non fiunt, 1. propter loci semen maris excipientis diversitatem, ita ut mas fiat, ubi semen maritale in dextero matricis latere; Fœmina vero, ubi in sinistro latere fuerit exceptum, propterea que mas in dextro, fœmina in sinistro latere etiam subsideat, ut sensit Anaxagoras; nec 2. propter diversam matricis semen maritale excipientis qualitatem, ita ut mas fiat, semen ubi uterum in calidum, fœmina vero, ubi in frigidum projectum fuerit, ut Empedocles voluit. Nec 3. propter seminis à partibus genitalibus proficiscentis abundantiam, ita, ut mas fiet, ubi semen à partibus genitalibus maris profectum vicerit; Fœmina, ubi semen à partibus genitalibus mulieris profectum superaverit, ut voluit Democritus, qui ex omnibus corporis partibus semen provenire putavit: Sed propter caloris semini maritali inditi copiam & inopiam, ita, ut si in femine calor exuperet, mas, si vero deficiat ac superetur, fœmina fiat. 4. de gen. an. c. 1. Cui rei testimonium perhibet juvenilis & senilis ætas, quæ magis fœminas generat, quàm florens: cum in priore calor nondum perfectus sit, in posteriori vero deficiat. 4. de gen. an. c. 4. Similiter & effœminatiora ac humidiora corpora, item humida semina magis quàm spissa fœminas generant, quæ omnia caloris inopiâ fiunt. l. c. Item tempore hyberno, ubi calor est fortior magis, mares concipiuntur l. c. Hinc & mares sunt calidiores, & quia sunt calidiores, ideò & in utero citiù perfectionem suarum partium accipiunt, citiusq; prodeunt, quàm fœminæ, quæ, ut frigidiores, tardius in utero perficiuntur, diutiusque ibidem detinentur 7. de hist. an. c. 4. & 4. de G. A. c. 6. quapropter gemini, qui propter seminis abundantiam, ut partes superflue fiunt, 4. de G. A. c. 4. rarò ambo servantur, si mas unus, alter vero fœmina fuerit, cum mas aut æquò diutius detineatur, aut fœmina citius, quàm par est, prodeat 4. de G. A. c. 6. Tempus autem pariendi determinatum non est, cum & 7. 8. 9. 10. & 11. mense edatur fœtus, & quidem ante mensem 7. qui prodit, vitalis non est, septimo autem qui prodit, vitalis esse potest, sed ut plurimum est infirmus, & qui octavo nascitur, rarò servatur 7. de hist. an. c. 4. Prodit autem secundum naturam prius capite, 4. de gen. an. c. 9. quando nutrimentum amplius, quod per umbilicum in utero assumit, 2. de gen. an. c. 4. & ampliorem locum desiderat; tunc enim calcitrando membranas, quibus involvebatur, dirumpit, exitumque parat ex matrice, ubi inter vesicam & intestinum rectum latuit. Sed in loco interdum habetur mola, quæ est caro grandis, valde dura, ex impura menstrui parte, formæ animalis expers. 10. de hist. an. c. 7. & 4. de G. A. c. 7. Hinc infallibile signum non est fœtus in utero gestati ventri intumescens fluxum menstrui non habens, cum id commune sit hydropicis, mola & fœtui. 10. de hist. an. c. ult. Indicium tamen conceptus existimatur, quando mulieres se malè habere incipiunt, & dolore capitis die à coitu decimo, aut tardius aut citius, prout magis minusque à superflua menstrui materia, quæ substitit, afficiuntur, conqueruntur, 7. de hist. an. c. 4. maremque esse futurum opinantur, ubi circa 40. à conceptione diem motus sit in latere dextro 7. de hist. an. c. 3. minusque pallet fœmina 7. de hist. an. c. 4. Fœminam vero, ubi circa 90. diem in latere sinistro motus sit (quamvis & contrarium accidat) 7. de hist. an. c. 3. magisque palleat. 7. de hist. an. c. 4.

Post partes animalium agendum est de generatione animalium sanguineorum

I. Viviparorum, & præcipuè hominis, ubi notari debet

A

B

IV. Fi-

Tab. XIII.

A BIV. Finis. Est vero generatio hominis ut & aliorum animalium viviparorum, quorum generatio ab hominis generatione parum discrepat, propter conservationem. Quia enim individua corruptioni sunt obnoxia, generatione efficitur, ut homines esse non desinant. 2. de gen. animal. c. 1.

1. Avium, ubi rursus notari debet
1. Efficiens, quæ est semen genitale, quod mas confert, ova perficiens 3. de gen. an. c. 1. sine quo subventanea sunt & infœcunda. l. c.
  2. Materia ex qua, quam fœmina suppeditat, nihilque aliud est, quàm ovum perfectum, quod eâ in parte, qua acutior est, & utero adhæret, semen genitale maris exceptit, quapropter & ibi durius est, cum vitale principium natura magis custoditum velit. 3. gen. an. c. 2. Testa, qua involuta sunt ova, tutela est contra detrimenta, quæ extrinsecus veniunt. 3. de G. A. c. 3. Quæ ab initio membrana est mollis, mollisque cum ovo exit, cum dolorem aliâ exitu concitaret suo, cum ovo autem egressa, ubi est refrigerata, induratur, 3. de G. A. c. 2. Bicolora sunt avium ova diversitatem ob materiæ, ex qua sunt, Ex calidiori enim est album, ex terrestriori vitellus. 3. de G. A. c. 1.
  3. Effectus, qui est pullus, & incubante & calefaciente matre fit ex ovi candido, alterâque parte, quæ vitellus est, nutritur 3. de gen. an. c. 2. Mas fieri creditur, cum ovum fuerit rotundius, & parte acutiori obtusâ orbiculum habuerit: Fœmina, si fuerit ovum oblongius & fastigio cacuminatum. 6. de hist. an. c. 2.

II. Oviparorum &

2. Piscium, ubi notari debet
4. Finis, qui idem cum generatione viviparorum.
    1. Efficiens, quæ maris semen genitale est. Sine quo piscium ova infœcunda sunt omnia, ubi sexus diversus datur 3. de gen. an. c. 2.
    2. Materia ex quâ, quam fœmina suppeditat, quæ ova sunt, inter quæ alia sunt, ex quibus in utero adhuc fœtus formatur, alia, ex quibus forâs editis demùm fœtus fiunt 3. de gen. an. c. 3. & 4. Quæ forâs eduntur ova, imperfecta & quantitate admodum exigua propter nimiam fœcunditatem & magnam ovorum copiam primò sunt, quantitate autem celeriter proficiunt instar farinæ humore subactæ 3. de gen. an. c. 4. ac foris semine maris asperguntur, 3. de gen. an. c. 5. Non enim, ut Herodotus, quem Arist. fabulatorem appellat, existimat, per ora semen assumunt l. c. Ova autem piscium sunt unicolora, quia pisces naturâ sunt frigidi, frigidæque ac terrestris portiois copia impedit, ne candidum distinctum habeant. 3. de gener. an. c. 1.
    3. Finis, qui cum viviparorum generatione prorsus idem.

Tab. XIV.

Tab. XIV. De Anima.

I. Quid sit s. Definitio. Est vero anima actus primus substantialis corporis naturalis ac organici, potentia vitam habentis, ut colligitur ex l. 2. de anima c. 1. sive, anima est id, quo vivimus & sentimus & intelligimus primo, 2. de anima t. 24. Hinc apparet, quare neget Aristoteles 1. de anima t. 64. animam irasci, edificare, texere, illaque homini animam habenti potius tribuat.

Post generationem animalium agendum est nobis DE ANIMA, de qua notari debet

II. Quotuplex sit s. distinctio. Est vero anima

1. *αισθητικη* s. sentiens, qua animalia sentiunt, appetunt, locumque mutant. Hic observandum

1. *θρεπτικη* s. vegetans, qua corpus vivit, nutritur, augetur, & generat 2. de anima t. 34. & 37. Hujus facultates ergo sunt.

1. Nutritiva, qua id, quod de partibus corporis decedit, alimento extrinsecus assumpto, & in substantiam corporis converso restituitur. Hic notetur (1.) alens, quod est anima. (2.) id quod nutritur, quod est corpus. (3.) Id quo nutritur, quod est alimentum, 2. de anima t. 49. Nutritivæ inservit.

2. Augmentativa, qua alimento assumpto totius corporis quantitas secundum omnes dimensiones augetur, donec ad debitam quantitatem pervenerit. Aristot. eam 2. de anima t. 34. sub nutritiva comprehendit, cum dicit opera animæ vegetantis esse generare & alimento uti. Cessat ejus usus s. actus secundus, postquam debitam quantitatem corpus fuerit consecutum.

3. Generativa, qua vivens simile sibi procreat. Huic inservit vis *πλαστικη* s. formatrix, qua est in semine, qua corporis membra formantur viventis. Tandiu autem corpus vivens est, quamdiu anima cum corpore est unita. Vita enim est animæ vegetantis cum calore mansio, lib. de respir. c. 18. Mors vero est animæ à corpore solutio & caloris naturalis extinctio.

1. Attractrix, qua alimentum per fibras rectas attrahit.  
2. Retentrix, qua alimentum per fibras obliquas retinet.  
3. Concoctrix, qua alimentum concoquit & perficit.  
4. Expultrix, qua supervacua expellit.

1. Quid sit sensus s. sentire. Est vero sentire nihil aliud, quam mediante corporis certo organo objecta sensibilia percipere. Sentire proinde est pati. 2. de an. c. 5. t. 5. & 37. (Quo tamen haut obtinetur, corpora glorificata beatorum, qua impassibilia sunt, sentire non amplius posse, cum passio corruptiva ab iis tantum aliena sit futura.) Non tamen tantum pati est, sed simul agere, cum & dijudicatio ad sensum requiratur 3. de anim. t. 144. Quapropter cum aliis rebus intenti sumus, oculis nostris quod se objicit interdum non videmus. Actu cum organon à sensibili non movetur, cum tamen moveri possit, dicitur potentia sentire; actu autem cum movetur, actu sentire dicitur 2. de an. t. 53. ut cum homo dormit, potentia videt, quod Aristoteles *ὄψιν* s. visum appellat, sicut cum actu videt *ὄρασιν* s. visionem 3. de anima t. 156. 2. de anim. t. 10. Requirit autem *τὸ* sentire seu sensus.

1. *αισθητικον* s. sensorium, quod in medio-critate quia consistit, excessibus corrupti solet sensibile, 2. de anima t. 123. & 3. de an. t. 68. Ut à magnis sonis fiunt surdi l. de insomn. c. 2.

2. *αισθητικον* s. sensibile, quod est vel

Proprium, quod unius tantum sensus objectum per se est, circa quod error non contingit, ut sonus respectu auditus, color resp. visus, odor resp. olfactus &c. 2. de anima t. 63. Ut autem circa proprium objectum sensus non erret, requirit Themistius 2. de an. t. 67. ut medium, in debita sit distantia, beneque dispositum, organumque sanum. Visus non decipitur, quod color sit, sed quod coloratum &c. ait Arist. l. c. ut quod colori accidit, ac sensibile per accidens vocatur l. c.

Commune, quod plurius sensuum objectum est, ut motus, magnitudo, figura 2. de an. t. 64.

3. Species s. imagines rei sensibilis, qua in organo sine materia recipiuntur, ut in cera annuli aurei imago sine auro 3. de an. t. 138. 2. de an. t. 121.

4. Medium inter sensibile & sensorium interjectum. 2. de an. t. 73. & 75.

1. Visus, cujus organon sunt oculi, cum visus per oculos fiat 1. Metaph. c. 1. Unde substantias incorporeas non videri posse in proclivi est. Sunt vero aquæ, non igneæ substantiæ, unde, cum corrumpuntur, non ignis prorumpit, sed aqua effluit l. de sens. & sens. c. 2. Nullum autem detrimentum capit anima sensitiva ex oculorum debilitatione; Unde si senex haberet oculum juvenis, æquè ac ille videret 1. de an. t. 56. Objectum est color generaliter acceptus, prout accipitur l. de sens. & sens. c. 1. Ubi omnia corpora colorata esse dicit, & comprehendit iub se lucem, qua est qualitas corporis lucidi ut est lucidum; (à qua lumen differt, quod est lucis in corpore perspicuo, quale aer est, participatio) & colorem, qui, prout est visibilis, est extremitas

A B C

tas

Tab. XIV. De Anima.

tas perspicui in corpore terminato l. de sens. & sens. c. 3. & motus ejus perspicui secundum actum quod est, 2. de an. t. 57. Unde minus rectè colligit Casalpinus. l. 5. qu. peripat. c. 7. colores omnes à lumine externo fieri, cum & rubedo in vino rubro sit lumine non præsente, quamvis sine eo non videatur. Color enim duplex est, realis, qui in corpore realiter colorato datur, & apparens, qui à corpore colorato generatur in alio, ita ut non reverà insit, qualis est in panno à colore vini in vitro existentis productus. Species visibiles non sunt ipse color, qui visus mutationem subit, sed imagines saltem illius, quæ abeunte visibili non statim abeunt, 3. de an. t. 138. ob quam causam etiam ex lucido loco in opacum progredientes parum vident ab initio, & diu unum intuentibus colorem, deinceps ejusmodi apparet, quæ talis non est, 2. de insomn. c. 2. Medium non est vacuum, ut voluit Democritus dicente Aristotele 2. de an. t. 47. sed corpus aliquod perspicuum, veluti aër vel aqua 2. de an. t. 116. quod illuminatum sit ad minimum eà in parte, quâ visibile contingit.

2. Auditus, cujus organon auris, s. meatus auditorius: Objectum sonus, qui ut fiat, duo requiruntur corpora solida, 2. de an. t. 77. & ubi animati est sonus, vox vocatur 2. de an. t. 87. ubi geminatur, sit Echo, quæ sit, cum aër percussus in corpus, quod renititur, incurrit, & quia ulterius progredi nequit, & tñ. propter concavitatem loci ad latera dissipari non potest, ut pila in parietem projecta, reflectitur, 2. de an. t. 20. Mediũ est aër vel aqua 2. de an. t. 71. Ita tñ., ut aër primariũ, aqua v. secundarium statuatur.

3. Olfactus, cujus sensorium sunt nares, in quibus tamen odores non percipiuntur, ut qui in processibus mamillaribus ante cerebri ventriculos positus percipiendi. Objectum est odor, 2. de an. t. 102. Medium est aër vel aqua 2. de an. t. 97.

4. Gustus, cujus organon est lingua, 2. de part. an. c. 13. Objectum sapor: Medium pellicula porosa lingvæ humore salivali imbuta: Hinc lingua existente sicca sapor percipitur nullus, 2. de ad. t. 102. & 104. ægrotisque omnia videntur amara, plena hujusmodi humiditate quando est lingua, l. c.

5. Tactus, cujus organon intus, 2. de an. t. 116. quod propterea incertum 2. de part. an. c. 10. cum alii carnem, alii nervos aut cutem aut membranas faciant. Objectum sunt qualitates tactiles, calidum & frigidum, humidum & siccum &c. Medium secundum Arist. 2. de an. t. 116. caro est, secundum alios cutis.

1. Sensus communis, qui species sensuum externorum recipit, & sensibilia propria à se invicem distingvit.
2. Phantasia, quæ species sensuum externorum à sensu communi oblatas diutiùs retinendo magis diligenter examinat, novasque inde elicit. Secundum Arist. 3. de an. t. 155. phantasia est, secundum quod phantasma aliquod nobis fieri dicimus. Phantasma animalis somno obruti ope phantasie productum dicitur somnium l. de insomn. c. 1. quod ut plurimum versatur circa res vel auditu vel alio sensu perceptas interdium, quia species sensibiles receptæ permanent l. de insomn. c. 2. Inservit phantasie memoria, quæ species semel receptas & dijudicatas diutiùs retinet. Differt memoria à reminiscentiã, quæ, quia rationis sit beneficio, soli homini competit, l. de memor. & remin. c. 2.
3. Quid sit appetitus s. appetere. Est verò appetere h. l. nihil aliud, quàm præunte notitiã sensus ad bonum prosequendum & malum fugiendum inclinari. Dividitur appetitus in
- Concupiscibilem, secundum quem animal inclinatur ad prosequenda ea, quæ secundum sensum conveniunt bona, & vitanda ea, quæ secundum sensum noxia apparent.
  - Iracibilem, secundum quem animal adversa propellit, illisque, quæ salutaria remonent, oblutatur.
4. Quid sit loco moveri? Dicitur autem loco moveri, cum animal de loco in locum movetur ad bonum prosequendum & malum fugiendum.
1. Intellectus, quò homo intelligit id, quod est intelligibile. Objectum autem intelligibile est tam Ens reale quàm rationis. Intellectus enim omnia cognoscit, 3. de an. cap. 4. h. e. cognoscere potest, licet non omnia cognoscat. Cognoscit autem intellectus recipiendo species intelligibiles. Oportet enim ipsum suscipere formas, 3. de an. t. 3. quas, antequam recipit, est veluti tabula rasa, in quâ nihil actu scriptum est, 3. de an. t. 14. & quatenus illas recipit, patiens, quod verò intelligit, agens est, 3. de an. t. 17. & 18. Hunc vocat Aristoteles à corpore separabilem, immistum, impossibilem, immortalem & perpetuum, 3. de an. t. 19. & 20.
2. Voluntas, quâ homines bonum ab intellectu cognitum appetunt, & malum averfantur.

Externi, qui numero sunt quinque 3. de an. t. 128. & sunt

2. Quotuplex sit, s. distinctio. Sunt sensus alii

Interni & sunt

3. Non lux s. rationalis, quâ homo intelligitque vult. Hujus facultates sunt

F I N I S.



~~Rechnung~~  
Hist. nat. B. 48.

